


No 2



DUPPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

CONSERVATOIRE
BOTANIQUE
VILLE DE GENÈVE

Friedländer
ohn. Berlin

ELENCHUS
PLANTARUM VASCULARIUM

QUAS

AESTATE a. 1873

IN

C R N A G O R A

LEGIT

Dr. J. PANČIĆ


CONSERVATOIRE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

VILLE de GENEVE

BELGRADI

IN TYPGRAPHIA STATUS.

1875



ELENCHUS

PLANTARUM VASCULARIUM

QUAS

AESTATE a. 1873

IN

C R N A G O R A

LEGIT

Dr. JOS. PANČIĆ.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

CONSERVATOIRE
BOTANIQUE
VILLE de GENÈVE

CONSERVATOIRE
BOTANIQUE
VILLE de GENÈVE

BELGRADI

IN TYPOGRAPHIA STATUS.

1875

Handwritten text at the top of the page, possibly a name or identifier.

Handwritten text below the first line, possibly a date or page number.

L. B.

Plantas in elenchum hunc compositas plerasque ipse legi mensibus Augusto ac Septembri, nonnullas agri Cetinjensis examinavi in herbario D. Dris Frilley, paucas vernales e valle Crmnicae suppeditavit discipulus olim, itineris mei socius D. B. Novaković.

In plantis his studendis omni arte incubui, multas colui¹⁾, in difficilioribus extricandis ac paucis novis constituendis consilium coepi cum pluribus claris botanicis, de quibus in locis suis gratus memini.

Diarium, quod elencho praemittere decreveram, in aliud tempus seposui, cum in itinere, ob aestum anni insolitum, nimis impedito, multa nec plene eruere, nec sat lucide notare valuerim. Unum, quod hic loci vel paucis contingere ac ulteriori attentioni peregrinatorum commendare in rem esse duxi, est substratum

¹⁾ In horto floruerunt: *Heliosperma Tommasinii* Vis., *Arenaria rotundifolia* MB. *Alsine congesta* Jord., *Draba Athoa* Boiss. *Biscutella laevigata* L., *Nasturtium palustre* Leys., *Carum divaricatum* Bert., *C. Alpinum* (W. K.), *Lophotaenia aurea* Gris., *Carduus ramosissimus* m., *Ornithogalum Ruthenicum* Bonch., *Scilla autumnalis* L. *Sc. pratensis* W. K., *Allium saxatile* Stev., *A. Ampeloprasum* L. *A. margaritaceum* Sm., *Poa concinna* Gaud., *Festuca rigida* Kunth.

Florae Crnogoranae, hujusque Florae ad eas ditonum vicinarum relatio.

Principatus Crnae Gorae dirimitur rupe Ostrog ac ejus valli Zetae obverso jugo in duas plane dissimiles partes, meridionali - occiduam, sensu strictiore Crnam Goram — Montem Scodrum, dictam et aliam, boreali-orientalem, quae indigenis „Brda“ — Montes audit.

Mons Scodrus constituitur ingenti saxo calcareo altitudinis mediae 350 hexapedum, quod finibus suis, meridionali ac boreali, hinc in Hercegovinam, illinc in Albaniam procurrit, lateribus vero, orientali in planitiem Zetae, occidentali in Dalmatiam praeceps ruit. Saxum hoc, saeculari atmosphaerilium actione tentatum, superficiem offert summe inaequabilem. Hinc inde superatur altioribus clivis: m. Veliki Štirovnik m. Lovćen, m. Garač, m. Pusti Lisac m. Velika Jastrebnica et a., reliqua, eaque maxima parte discerpitur continuis voraginibus ac rimis, exasperatur innumeris scopulis ac cristis; cumque et aqua fluente maxima parte privetur, ac paucis tantum sylvarum residuis adumbretur, est, ut soli natura, ita et vegetatione conterminae Dalmatiae Montanae*) plane consimile. Praeter calcareum invenitur in paucis, valde circumscriptis locis argilloschistus — ad Ploča pone Lacum Scodranum et trachytes — supra Boljevići distr. Crmnicae.

Toto coelo abludit alia, boreali-orientalis pars Crnae Gorae ac excellit: multo majore soli elevatione, ejus magis variata compositione, copiosis aquis fluen-

*) Conf. Rob. de Visiani. Flora Dalmatica. Lipsiae. 1842 p. 9, 14.

tibus ac stagnantibus, et vastis sylvis frondosis ac abietinis.

Duo calcarearum rupium acervi, m. Durmitor ac m. Kom, qui in ditionis terminis ad alpinam celsitudinem extolluntur, intercipiunt continuum agmen pascuorum alpestrium — Jezera, Šaranci, Sinjavina, Javorje et Bjelasica — altitudinis mediae 800 haxapedum. Lapidi calcareo, quo constant omnia fastigia Montium — Kom, Durmitor, Vojnik, Javorje et rupes quibus utrinque Morača sup. stipatur, subsunt schisti: calcareus sub m. Javorje, argillaceus in valle Moračae et Tarae, micaceus in m. Kukuraj, supra Mrčenov Do et in jugo Jelića Platno sub m. Kom. Aliud silicatis genus, trachytes, unico quidem loco m. Durmitor, sub jugo Stulac, e solo eluctavit, ejus tamen praesentiam aut vicinitatem portendunt, imo probabilem reddunt: multi lacus¹⁾, qui pascuis circa m. Durmitor dispersis nomen „Jezera“ mutuarunt, lapis serpentinaceus, qui in valle Bukovicae ad orientem m. Durmitor cernitur, et magna moles confracti lapidis calcarei „breccia“ dicti, cui rupes Ostrog inter Povije et Bašina Voda incumbit. Trachytes qui indubie Montes extulit, productum est illius magnae eruptionis²⁾, quae in Serbiae centralis distr. Kragujevacensi furcatur, duo ejus crura versus meridiem divergentia, circumacta Vetere Serbia, prorupto hinc m. Durmitor, molita illinc vasta illa ac confra-

¹⁾ E pluribus visis ripa unius lacus Jablan Jezero est omni vegetatione deundata ac constat detritu trachitico, cui probabiliter et alii lacus alveos suos impermeabiles debent.

²⁾ A Boné. Esquisse géologique de la Turquie d' Europe. Paris. 1846. p. 132, 187 et seq.

gosa rima,¹⁾ quae inter m. Scardum ac Bertiscum hiat, in planitie Zetae denuo connivent.

Aquae, quibus Montes abunde irrorantur, aut stagnant in copiosis lacubus, aut in varium sensum de Montibus deffluunt. Unica Morača, quae in meridionali latere m. Javorje ortum ducit, Zeta absorpta, effunditur in Lacum Scodranum, tres vero rivi, Piva, Tara ac Lim, receptis omnibus aquis, quae e m. Durmitor ac plerisque, quae e m. Kom prosiliunt, versus boream directi in Drinam coeunt.

Flora Montium, pro soli natura ac elevatione varia, est in genere ea regionum alpestrum, ob situm vero inter Alpes Dinaricas ac montes Macedonicos medium, inter duas Floras ambigens. Summi vertices m. Durmitor ac rimosissimi m. Kom omni fere vegetatione destituntur, aut paucas alunt in alveis, nive et aestate repletis, Drabas, Saxifragas, Campanulas et Soldanellas. Quae calvis fastigiis subsunt zonae, Mughii, sylvarum abietinarum, pascuorum alpestrum et sylvarum frondosarum ita dispersiuntur, ut Mughus occupet celsiora derupta, Abies leniores talos, pascua vero alpestrica et sylvae frondosae per planiorem, eamque majorem Montium partem ac valles passim dejectas diffundantur. Duae postremae zonae, pascuorum alpestrum ac sylvarum frondosarum suos proferunt monotypos²⁾, qui

¹⁾ A. Grisebach Reise durch Rumelien und nach Brussa. Braunschweig. 1843. II. p. 346.

²⁾ Viola speciosa Pant. Geum molle Vis. et P., Eryngium palmatum Vis. et P., Pančičia Serbica Vis., Reichardia, macrophylla Vis. et P., Mulgedium Pančičii Vis. et fors aliae, quas in Serbia meridionali ad augustam zonam restrictas indicavi in: *Флора Кнежевине Србије (Flora principatus Serbiae) Београд 1874.* p. XXXIX et XL.

hinc versus boream procurrentes ac in collibus Serbiam a meridie recludentibus consistentes. ad vastam illam depressionem, quam attacti colles Serbiae meridionalis, montes Bosniae ac Crnae Gorae et promontoria Scardi — m. Karadag ac Kirbetska Planina — ambiunt, limitati esse videntur, cumque vegetatione socia Florulam sui juris constituunt.

Pro ratione opusculi haec strictim indicasse sufficiat. De his tum plura, dum dictae depressionis nonnullae plagae, botanicis hucdum intactae, melius innotuerint.

DICOTYLEDONEAE DC.

Thalamiflorae DC.

Ranunculaceae Juss.

Clematis Flammula L. Ad sepes circa Cetinje, Sinjac, Vir.

Cl. Vitalba L. In sylvestribus vallis Zetae supra Ždreban.

Cl. Viticella L. Ad sepes prope Cetinje, Vir.

Thalictrum aquilegifolium L. In sylvestribus sub m. Durmitor.

Th. minus L. In saxosis m. Javorje. Glandulosum, statura *Th. foetidum* aemulans.

Th. angustifolium Jacq. In pratis ac salicetis ad lacum Scodranum.

Anemone Hepatica L. In saxosis ad Povije et sub m. Javorje.

A. Pulsatilla L. In graminosis sub m. Lovćen.

A. Apennina L. In dumetis ad Cetinje et sub m. Sutorman.

A. nemorosa L. In dumetis ac sylvestribus sub m. Lovćen.

Ranunculus paucistamineus Tausch. In lacustribus sub m. Durmitor versus m. Stulac.

R. platanifolius L. In sylvestribus m. Durmitor.

R. Ficaria L. In dunetis ad Danilov Grad et in valle Crnuicae.

R. Thora L. In saxosis sub Vučji Zub — Bijela Gora — copiosissimus.

R. Illyricus L. In declivibus herbidis m. Surtorman.

R. millefoliatus Vahl. In herbidis circa Cetinje.

R. Villarsii DC. In rupestribus m. Javorje et m. Kom.

R. Gouani Willd. In herbidis m. Durmitor jugo Šljeme; caule, praesertim basi, densa lanugine tecto, folio caulino amplexante, in laciniis tenues dissecto.

R. acris L. var. *parvulus* Clairv. In herbidis excelsioribus m. Kom; forma biuncialis.

R. Philonotis L. In herbidis ad Cetinje; carpella laeviuscula.

Caltha palustis L. In recessibus rivi Tarae.

Trollius Europaeus L. In pratis sub m. Durmitor versus clivum Stulac.

Helleborus odoratus WK. In asperis in Nikšićka Župa.

H. multifidus Vis. In campis arenosis ad Grahovo.

Nigella arvensis L. In herbidis ad Cetinje, Ostrog, Limljani.

Aquilegia spec. In saxosis schistacis supra Mrčenov Do sub m. Kom; fructifera, pedunculis ac capsulis glanduloso-pilosis an ab Aq. vulgari diversa, cultura docebit.

A. spec. e grege A. Alpinae. In saxosis sub Crvena Stijena m. Durmitor cum Empetro nigro ac Heliospermate pusillo.

Delphinium Consolida L. In arvis ad Njegoš, Cetinje.

D. Ajacis L. In glareosis sub m. Sutorman.

D. peregrinum L. In campis ad Cetinje, prope Vir distr. Crmnicæ et supra Grahovo.

D. hybridum W. In saxosis supra Grahovo.

Paeonia peregrina Mill. In sylvestribus saxosis supra Grahovo.

P. corallina Retz. In sylvestribus saxosis supra Klopot distr. Bratonožići.

P. spec. flore albo ab indigenis indicata in m. Ličeva Glava supra Kruševica distr. Donji Vasojevići quid sit, futuri peregrinatores eruant.

Aconitum variegatum L. In sylvestribus m. Kukuraj Brdo sub m. Kom.

A. Lycoctonum L. var. In saxosis m. Javorje; ob stationem peculiarem et pallorem herbae ac floris plane diversum visum, habet floris galeam medio contractam, labellum productum 0.004 m.l. apice truncatum, calcar circinatim convolutum longitudine subaequans.

Berberideae Vent.

Berberis vulgaris L. In saxosis supra Čevo, per totum distr. Čeklići et supra Grahovo.

Nymphaeaceae DC.

Nymphaea alba L. In lacu Seodrano; ad ostium rivi Crmnicæ cum Limnanthemum nymphoide forma floribus minoribus.

Nuphar luteum L. Cum priore.

Papaveraceae DC.

Papaver Rhoeas L. In satis ad Njegoš, Cetinje.

P. dubium L. In asperis ad Njegoš et supra Vir.

P. Argemone L. In arvis ad Vir.

P. Alpinum L. var. *flaviflorum* Koch. In glareosis excelsioribus m. Kom.

Chelidonium majus L. In saxosis ac ruderalis ad Cetinje.

Fumariaceae DC.

Corydalis ochroleuca Koch. In rupestribus ad Šavnici.

Fumaria officinalis L. In cultis ac aggeribus ad Cetinje.

Cruciferae Juss.

Nasturtium officinale R. Br. In rivularibus Moračae sup. sub coenobio S. Stephani.

N. Austriacum Cr. In pratis ad lacum Scodranum.

N. palustre DC. In recessibus lacus Scodrani non procul a vico Dodoš.

N. sylvestre RBr. Ad margines agrorum prope Cetinje, ad Grahovo.

N. Pyrenaicum L. In saxosis sub m. Velika Jastrebnica — Bijela Gora.

N. Lippizense DC. In collinis herbidis ad Cetinje.

Barbarea vulgaris RBr. In arvis ad Njegoš, pratis prope Vir distr. Crmnicae.

Arabis perfoliata Lam. In sylvaticis sub. m. Lovćen, supra Ostrog, ad coenobium S. Stephani vallis Moračae sup.

A. hirsuta Scop. In rupestribus supra Grahovo.

A. Gerardi Bess. In asperis ad Cetinje; in saxosis sub M. Durmitor forma dense pilosa, siliquis juvenilibus enerviis.

A. ciliata R. Br. In rupestribus m. Javorje.

A. muralis Bert. In rupestribus prope coenobium S. Stephani Moračae sup.

A. albida Stev. In rupestribus elatioribus m. Kom et m. Durmitur.

Cardamine impatiens L. In sylvaticis vallium Moračae et Tarae.

C. glauca Spr. In rupestribus m. Velika Jastrebica, glareosis m. Javorje ac m. Kom.

C. Graeca L. In saxosis ad Cetinje et ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Dentaria bulbifera L. In sylvestribus sub m. Lovćen.

D. enneaphyllos L. In saxosis sylvestribus m. Durmitor sub Crvena Stijena.

Hesperis runcinata W. K. In dumetis ad Grahovo.

Malcolmia Orsiniana Ten. In saxosis ad Njegoš.

Sisymbrium officinale Scop. In campis et ad vias circa Cetinje.

S. Columnae Scop. In hortulanis et ad aggeres circa Cetinje.

S. Loeselii L. In dumetis prope coenobium S. Stephani Moračae sup.

S. Thalianum Gaud. In arvis ad Njegoš.

Erysimum odoratum Ehrh. In saxosis m. Javorje.

E. Cheiranthus Pers. In rupestribus supra Grahovo et ad Savnici sub m. Ivica.

Brassica Rapa L. In satis ad Grahovo.

Br. nigra Koch. In salicetis rivi Zetae sub Dapilov Grad.

Sinapis arvensis L. In satis ad Cetinje.

Vesicaria Graeca DC. In rupestribus ad Ostrog et retro coenobium S. Stephani Moračae sup.

Alyssum sinuatum L. In rupestribus m. Velika Jastrebrica — Bijela Gora.

A. montanum L. Genuinum siliculis rotundatis, apice emarginatis, seminibus latiuscule alatis in rupestribus ad Ostrog; aliud siliculis elypticis, apice integris, seminibus oblongis, angustissime alatis, in saxosis non procul a Riblje Jezero sub m. Durmitor.

A. Wulfenianum Host. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme; siliculae et appendices staminum exacte congruunt cum Reichb. Icon. Germ. II. f. 4273., folia oblonga *A. cuneifolii* Guss. ejus siliculae nonnihil majores.

A. calycinum L. In asperis ad Cetinje.

A. minimum W. In arenosis ad Vir districtus Crmnicae.

Berteroa mutabilis Vent. In saxosis ad Njeguš, Cetinje, Ostrog et Vir.

Aubrietia deltoidea DC. In rupestribus m. Kom supra Rogam.

Lunaria rediviva L. In sylvestribus sub m. Durmitor.

L. biennis Moench. In rupestribus ad Savnici sub m. Durmitor.

Peltaria alliacea L. In saxosis ad Ostrog et in Nikšićka Župa.

Draba Athoa Boiss. In rupestribus m. Kom.

Dr. Parnassica Boiss. Cum priore, utraque fructifera ab Cl. Grisebach recognita.

Dr. aizoides L. In rupestribus m. Jastrebrica — Bijela Gora, m. Durmitor, Javorje, Kom.

Dr. verna L. In campis circa Cetinje.

Cochlearia saxatilis Lam. In glareosis m. Durmitor sub Crvena Stijena.

Camelina sativa Cr. In agris et ad aggeres, prope Vir.

Thlaspi arvense L. In satis ad Njegoš, prope Vir.

Thl. perfoliatum L. In campis circa Cetinje.

Thl. ochroleucum Boiss. In saxosis m. Durmitor jugo Šljeme.

Thl. Alpinum Jacq. Cum priore, quo praecocius; folia rosularia oblonga, siliculae ut Th. Silvii in Rehb. Ic. II. 4224.

Thl. montanum L. In rupestribus m. Jastrebrica — Bijela gora; siliculae breves, basi rotundatae, loculi extus reticulato venosi.

Capsella Bursa pastoris Much. In campis et cultis ad Cetinje.

Iberis serrulata Vis. In rupestribus m. Velika Jastrebrica et m. Durmitor jugo Šljeme.

Biscutella laevigata L. In graminosis sub m. Durmitor versus jugum Stulae.

Lepidium Draba L. In campis ad Cetinje et Grahovo.

L. ruderale L. Ad margines agrorum prope Cetinje et Vir.

L. graminifolium L. In hortis et ad aggeres prope Njgoš, Cetinje.

Hutschinsia brevicaulis Koch. In glareosis m. Durmitor jugo Šljeme.

Aethionema saxatile R.Br. In rupestribus m. Durmitor.

Bunias Erucago L. In arvis ad Njgoš, Cetinje, Grahovo.

Raphanus Raphanistrum L. In satis ad Grahovo.

Cistineae Dun.

Cistus salviaefolius L. In saxosis ad Vir.

Helianthemum Fumana Mill. In saxosis m. Durmitor et Javorje.

H. Oelandicum Wahlb. In saxosis m. Durmitor et Javorje.

H. vulgare Gaertn. In saxosis ad Grahovo; alia forma concolor insignis pilis longiusculis ad ramos floriferos et apices foliorum pennicillatim congestis, flore in apice caulis solitario aut bino, in apricis m. Durmitor.

H. guttatum Mill. In apricis ad Vir.

Violarieae DC.

Viola adorata L. In dunetis ad Cetinje, Ostrog.

V. sylvatica L. In rupestribus vallis Moračae et sub m. Sutorman.

V. Nicolai Pant. in Skofitz Öst. bot. Zeit. 1874. p. 4. In herbidis m. Javorje et m. Kukuraj Brdo promont. m. Kom. Novam autumnabam (*V. proluxa* m. in litt.),

monente tamen Cl. Boissier ipsa est planta Pantočekiana: statura — 2 ped. ac colore florum *V. persicifoliam* Schk. revocans, sed stigmatis conformatione verum *Melanium*.

V. tricolor L. In dumetis et hortulanis ad Cetinje.

V. speciosa Pant. Skof. bot. Zeitsch. 1873. p. 79. In saxosis m. Javorje. Exemplaria mea exacte congruunt cum planta in herbario Cl. Boissier visa; forma eadem crescit et in montosis Serbiae merid., nec in Flora principatus Serbiae a valde variabili *V. tricolore* L. distinxī; corolla revera speciosa, radix sat tenuis, fors perennans.

V. calcarata L. In rupestibus m. Durmitor excelso jugo Šljeme; corolla speciosa, violacea, calcare longitudinis petalorum, calycis phyllis obtusiusculis, margine denticulatis, foliis ovatis, stipulis utrisque unidentatis.

V. gracilis Sibth. In rupestibus m. Velika Jastrebia.

Resedaceae DC.

Reseda Phyteuma L. In arvis ad Grahovo et prope Vir.; in muris veteris coenobii ad Cetinje crescit forma radice multicipite, e muro aegre evellenda, perennante (?), seminibus speciei, ad hilum tamen fuscis nec albidis.

Droseraceae DC.

Parnassia palustris L. In spongiosis m. Durmitor, Javorje, Kom.

Polygaleae Juss.

Polygala major Jacq. In declivibus herbidis m. Durmitor et Kom.

P. comosa Schrk. In herbidis ad Cetinje, sub. m. Sutorman.

P. alpestris Rehb. In glareosis m. Durmitor ad nives deliquescentes.

Sileneae DC.

Tunica saxifraga Scop. In campis ac rupestribus ad Njegoš et Cetinje.

T. glumacca Bory et Ch. In glareosis ad rivum Gračanička Rijeka --- Nikšićka Župa.

Dianthus Armeria L. In herbidis ad Njegoš.

D. barbatus L. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulac.

D. Knappii Asch. et J. In saxosis sylvestribus ad semitam qua itur a Grahovo ad Bijela Gora.

D. Carthusianorum L. Formae variae, pleraeque fructiferae; vulgatiores squammis involucri coriaceis, apice scariosis, crispatis in m. Lovćen, Bijela Gora et in apricis m. Durmitor; alia compactior, squammis coriaceis, fuscis (*D. gramineus* Schur) in excelsioribus m. Durmitor et Kom.

D. atrorubens All. In saxosis sub m. Durmitor.

D. calocephalus Boiss. In saxosis m. Lovćen; congruit cum exemplaribus Pisidiis a Cl. Heldreich communicatis.

D. deltoides L. In graminosis m. Ivica distr. „Drobnjaci“.

D. ciliatus Guss. In rupestribus ad Vir, Ostrog. in Nikšićka Župa et m. Jastrebrica.

D. strictus Sm. In rupestribus m. Kom supra Rogam.

D. sylvestris Wulf. In graminosis ac rupestribus m. Durmitor et m. Jastrebrica; in excelsioribus m. Kom forma subcaulis, uncialis; alia statura graciliore, caulibus unifloris, calycibus angustioribus ac triente brevioribus in m. Lovćen cum sequente.

D. papillosus Vis. et P. In rupestribus m. Lovćen; papillis petalorum clavatis (nec rotundis, sessilissus), dentibus calycinis ciliatis (nec nudis), squammis apice herbaceo patulis (nec totis squarrosis, adpressis), batis a praecedente diversus.

D. petraeus W. K. In rupestribus m. Durmitor sub Crvena Stijena.

D. plumarius L. In saxosis sylvestribus campi Lukovsko Polje ultra Nikšićka Župa; differt a typo fimbriis petalorum brevioribus, a *D. petraeo*, cui primum adscripseram, caulibus foliisque flaccidis; flores redolent lilia convallium.

Saponaria Vaccaria L. Inter segetes ad Njegoš et Vir.

S. officinalis L. Ad sepes campi Cetinjensis.

Heliosperma macranthum nov. spec. Perenne, glanduloso pilosum, caulibus strictis, 2—7 floris, foliis ellipticis, inferioribus minutis, in petiolum aequi longum attenuatis, mediis sessilibus, supremis bracteaeformibus, calycibus campanulatis, basi umbilicatis, dentibus ovatis, petalis roseis calyce bis longioribus, laminis obovato cuneatis horizontaliter patentibus, coronae laciniis

basi discretis, capsulis ovatis carpophorum bis longis, seminibus margine longe cristatis.

Hab. in rupestribus calcareis m. Kom loco Visoke Grede dicto. Flor. Augusto.

Habitus a reliquis speciebus hujus generis plane alieni, obiter inspectum statura ac floribus Saponariam oeymoidem revocans. Rhizoma fissuris rupium arete infixum, multiceps, caules filiformes, fragiles, palmares aut spithamei, folia media subpolicaria, trientem lata, utrinque decrescentia, pedunculi calyce sublongiores, calyces 0,006—0,008 m. longi, dentibus alternatim obtusis acutisque, petalorum laminae antice profunde excisae, lobis lateralibus superficialiter sinuatis obsolete quadrilobae, capsulae e calyce vix quid exsertae, seminum trabeculae marginales lineares, apice obtusiusculae, areae diametro paulo breviores.

H. quadrifidum Rehb. In saxosis m. Durmitor et m. Javorje; forma floribus roseis in rupestribus excelsioribus m. Kom lecta vix primos flores explicaverat.

H. pusillum (W. K.) In saxis muscosis m. Durmitor cum Empetro nigro et Salice retusa; facies prioris sed pauciflorum, semina breviter cristata sequentis.

H. Tommasinii Vis. In rupestribus ad Njegoš, Cetinje, Ostrog.

Silene Cucubalus Wib. In herbiculis ad Njegoš, Cetinje; forma caulibus subunifloris, foliis margine retrorsum denticulatis et calycibus ob nervos pennatum venulosos, fuscis, variegatis insignis in glareosis m. Kom.

S. graminea Vis. In declivibus herbiculis m. Durmitor jugo Šljeme.

S. saxifraga L. In rupestribus m. Lovćen, Durmitor et Kom.

S. fruticulosa Sieb. In rupestribus m. Javorje.

S. clavata Hpe. In rupestribus m. Lovćen, Bijela Gora, Javorje, et Kom.

S. acaulis L. var. *excapa* Koch. In rupestribus m. Durmitor excelso jugo Šljeme.

S. flavescens W. K. In rupestribus ad Ostrog. et in m. Javorje.

S. Sendtneri Boiss. In herbis sub m. Durmitor.

S. Otites Sm. In graminosis sub m. Jastrebiea; var. *exaltata* (Friv) in rupestribus ad Ostrog.

S. Reichenbachii Vis. In saxosis sub m. Lovćen, supra Grahovo et alibi per aprica ditionis vulgaris, statione et anthesi Hieracio stuppeo Rehb. socia.

S. viridiflora L. In sylvestribus m. Javorje et ad Kolašin.

S. nutans L. In sylvestribus m. Lovćen.

S. Italica Pers. In saxosis ad Šavnici sub m. Ivica.

S. Armeria L. In glareosis sub. m. Durmitor.

S. trinervia Seb. In glareosis campi Lukovsko Polje ultra Niksićka Župa et in arenosis prope Grahovo.

S. paradoxa L. In glareosis vallis Tušinae supra Buan.

S. noctiflora L. In arvis ad Njegoš, Cetinje.

Lychnis Viscaria L. In declivibus herbis m. Durmitor.

L. coronaria Lam. In saxosis ad Čevo et Šavnici sub m. Ivica.

L. vespertina Sibth. In cultis et ad sepes prope Cetinje.

L. diurna Sibth. In sylvaticis sub Crvena Stijena m. Durmitor.

Agrostemma Githago L. In satis ad Njegoš, Cetinje, Grahovo.

Alsineae DC.

Sagina procumbens L. In saxosis herbidis m. Javorje et m. Kukuraj; ad Crvena Stijena sub m. Durmitor forma capsulis calyces fere bis longis S. Linaei, sed floribus tetrameris.

Spergula arvensis L. In arenosis ad Grahovo.

Alsine verna Bartl. In saxosis m. Lovćen et m. Durmitor.

A. setacea M. K. In rupestribus ad Ostrog et in m. Javorje.

A. graminifolia L. In rupestribus m. Lovćen, Durmitor, Kom.

A. liniflora Vis. In rupestribus supra Grahovo.

A. conferta Jord. In saxosis ad Cetinje, Grahovo; ad exemplaria musei Florentini in insula Lesina a Dre Lager a. 1855 lecta.

Cherleria sedoides L. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme.

Moehringia muscosa L. In rupestribus ad Cetinje et in m. Kom.

M. trinervia Clairv. In saxosis sylvestribus m. Javorje et ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Arenaria serpyllifolia L. In asperis ad Cetinje, Čevo, Grahovo.

A. rotundifolia M. B. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme, et in m. Kom.; sepala lanceolata, uninervia, petala calycem excedentia, folia et caules *A. biflorae*.

A. gracilis W. K. In saxosis m. Jastrebrica; folia senio rufescunt ut et plantae in m. Sadikovae Croatiae a. 1845 lectae.

Hollosticum umbellatum L. In arvis ad Njegos, Cetinje.

Stellaria nemorum L. In sylvestribus sub. m. Durmitor.

St. media L. In cultis ad Njegos, Cetinje.

St. Holostea L. In sylvestribus saxosis sub. m. Javorje.

St. graminea L. Ad sepes et aggeres prope Cetinje.

Moenchia Mantica Bartl. In campis asperis ad Cetinje.

Malachium aquaticum Fr. In udis ad Sinjac, Rijeka, Vir.

Cerastium glomeratum Thuill. In arvis ad Njegos, Cetinje.

C. rectum Friv. In sylvestribus ad rivum Tarae et in m. Kukuraj promontorio m. Kom.

C. triviale Link. In saxosis ad Cetinje.

C. Alpinum L. In glareosis m. Kom.

C. arvense L. In saxosis m. Durmitor jugo Šljeme; duae formae, altera superne glandulosa — *C. arvense, alpicolum* Fenzl sec. Gris. in litt.

C. grandiflorum W. K. In rupestribus m. Lovćen.

C. tomentosum L. var. *Moesiacum* Boiss. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme.

Lineae DC.

Linum flavum L. In saxosis ad Cetinje, Vir.

L. capitatum W. K. In graminosis m. Durmitor, m. Kom.

L. tenuifolium L. In saxosis apricis ad Grahovo et in m. Durmitor.

L. perenne L. In pratis sub m. Durmitor et m. Kom.

L. montanum Schl. In herbicis supra Cetinje.

Malvaceae R. Br.

Malva moschata L. Ad margines agrorum sub m. Lovćen, in pratis m. Ivica et in m. Javorje.

M. sylvestris L. In hortis et ad sepes circa Njegoš, Cetinje.

M. vulgaris Fries. In arenosis ad Grahovo.

Althaea officinalis L. In fossis ad Vir.

A. cannabina L. In pratis ad rivum Zetae sub Danilov Grad.

A. hirsuta L. In arvis ad Njegoš.

A. pallida W. K. In collinis asperis ad Danilov Grad et ad Sinjac.

Lavatera Thuringiaca L. In arenosis rivi Zetae sub Danilov Grad et ad Šavnici sub m. Ivica.

Abutilon Avicennae Gaertn. In glareosis ad Vir.

Tiliaceae Juss.

Tilia parvifolia Ehrh. In sylvestribus ad rivum Tarae supra Kolašin.

T. grandifolia Ehrh. In sylvestribus vallis Moračae sup. et supra Grahovo.

T. alba L. In sylvestribus ad Cetinje et Ostrog.

Hypericineae DC.

Hypericum perforatum L. In campis ad Cetinje, Danilov Grad.

H. quadrangulum L. In pascuis sub m. Durmitor.

H. tetrapterum Fr. In rivularibus supra Kolašiu.

H. Richeri Vill. var. *androsaemifolium* DC. In pascuis excelsioribus m. Durmitor et m. Kom.

Acerineae DC.

Acer Pseudoplatanus L. In sylvaticis m. Durmitor et in valle. Moračae sup.

A. Heldreichii Boiss. In sylvestribus m. Durmitor versus jugum Stulae.

A. opulifolium Vill. var. *tomentosum* Koch. In saxosis sylvestribus distr. Čeklići loco „Dobre strane“ dicto.

A. platanoides L. In sylvaticis M. Ivica, m. Javorje et ad Kolašiu.

A. campestre L. Ad margines sylvarum sub m. Lovćen, m. Sutorman et in valle Zetae et Moračae.

A. Monspessulanum L. In saxosis ad Cetinje, Ostrog.

Geraniaceae DC.

Geranium macrorrhizon L. In rupestribus m. Javorje et saxosis vallis Moračae sup.

G. phaeum L. In umbrosis ad rivum Tarae.

G. oreades nov. spec. Adpresse pubescens, caule adscendente ad dichotomiam nudo, rarius unifolio, bi-

floro aut a medio corymboso paniculato, paucifloro, foliis palmatim 5—7 fidis, laciniis rhombeis, profunde incis, lacinulis inferioribus entorsum pinnatim lobatis, superioribus integris, pedunculis erectis, sepalis ellipticis apice aristatis, dorso villosis, 3—5 nerviis, nervis extrorsum venulosis, petalis lilacinis calycem bis longis, ad unguem barbellatis, filamentis subulatis ad medium ciliatis, valvulis supra medium transversim nervosis cum rostro pubescentibus, immixtis rarioribus pilis glanduliferis, seminibus minutissime favosis.

Hab. in declivibus herbidis m. Durmitor jugo Šljeme et in m. Kom supra Rogam. Floret Aug.

Batrachium proxime affine *G. sylvatico* L., sed differt: statura minore spitamam non excedente, foliis minoribus tenuius dissectis, caule paucifloro, absentia glandularum in pedunculis ac calyce, valvulis apice rugosis a duobus nervis transversis, nervo superiore ad medium furcato, inferiore brevior, simplici, interdum obsolescente. Rossicum *G. affine* Led. praeter alia differt nervulis sub ipso valvulae apice paralellis, superiori non furcato.

G. nodosum L. In irriguis ad latera sylvarum vallis Tarae in consortio cum *Cirsio alsophilo*.

G. sanguineum L. In dumosis ad Čevo, in valle Zetae sub Danilov Grad.

G. Pyrenaicum L. In saxosis declivibus sub m. Sutorman et in herbidis m. Štirovnik.

G. pusillum L. In ruderatis ad Cetinje, arvis ad Vir.

G. columbinum L. In dumetis ad coenobium S. Stephani vallis Moračae sup.

G. molle L. In dumetis ad Cetinje et Vir.

G. Robertianum L. In saxosis et ruderatis ad Cetinje.

G. purpureum Vill. In rupestribus m. Lastua et ad Ostrog.

Erodium cicutarium l'Her. In campis circa Cetinje.

Balsamineae Rich.

Impatiens noli tangere. In nemorosis sub m. Javorje.

Oxalideae DC.

Oxalis Acetosella L. In sylvaticis sub m. Durmitor et m. Javorje.

O. corniculata L. In muris ad Boljevići.

Rutaceae Juss.

Ruta divaricata Ten. In saxosis ad Čevo et supra Grahovo.

Dictamnus albus L. In sylvestribus sub m. Lovćen et ad Ostrog.

Celastrineae RBr.

Staphylea pinnata L. In sylvestribus sub m. Lovćen et ad Pišine Strane.

Evonymus Europaeus B. In sylvestribus vallis Moračae sup.

E. verrucosus Scop. In rupestribus ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Rhamneae RBr.

Paliurus australis Lam. In saxosis ad Sinjac et ad Danilov Grad.

Rhamnus cathartica L. In saxosis ad Cetinje et infra m. Jastrebnica.

Rh. Alpina L. In rupestribus sub m. Durmitor, ac in convallibus Tušinae, Moračae et Tarae.

Rh. rupestris Scop. In rupestribus ad Cetinje et ad Ostrog.

Terebinthaceae.

Pistacia Terebinthus L. In rupestribus ad Ostrog et ad Šavica distr. „Komani“.

Rhus Cotinus L. In saxosis ad Cetinje, Grahovo et in m. Sutorman.

Papilionaceae L.

Spartium junceum L. In saxosis circa Vir.

Genista Germanica L. In saxosis ad Grahovo.

G. pilosa L. In declivibus m. Javorje versus vallem Moračae sup.

G. tinctoria L. In pratis sub Danilov Grad, fossis ad Vir.

G. sericea Wulf. In saxosis ad Cetinje et in Mali Lonac m. Sutorman.

Cytisus Weldenii Vis. In saxosis sub m. Lovćen, m. Sutorman, a Čevo ad Grahovo vasta dumeta constituens.

C. nigricans L. In dumetis ad rivum Moračae sup.

C. Austriacus L. In saxosis ad Čevo et Pišine Strane — distr. „Katunska“.

C. capitatus Jacq. In dumetis supra Grahovo.

C. sagittalis DC. In pascuis sylvestribus m. Kuraj sub m. Kom.

Ononis spinosa L. In campis arenosis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Anthyllis Vulneraria L. var. *pulchella* Vis. In herbis m. Lovćen, Durmitor et Kom.

A. aurea Vis. In rupestribus Mali Lonae m. Sutorman.

A. Jacquinii Kern. In saxosis m. Durmitor; bene congruit cum descriptione cl. auctoris, sed folia involucentia floribus triente breviora.

Medicago falcata L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

M. prostrata Jacq. In asperis m. Javorje.

M. lupulina L. In arvis et inter vineas ad Vir.

M. orbicularis Willd. Inter vineas ad Klopot distr. Bratonožići.

M. Gerardi W. K. In aridis ad Cetinje et prope Danilov Grad.

M. minima L. In asperis ad Cetinje.

Melilotus alba Desv. In graminosis ad Vir.

M. officinalis L. In cultis ad Danilov Grad.

M. Italica Ten. In saxosis ad Vir.

Trifolium pratense L. In pratis rivi Zetae sub Danilov Grad.

Tr. medium L. In dumetis ad Vir.

Tr. alpestre L. In pratis sylvestribus sub m. Ivica et m. Durmitor.

Tr. patulum Tausch. In montosis sylvestribus ad semitam, qua itur e valle Moračae versus Kolašin.

Tr. Noricum Wulf. In rupestribus m. Durmitor, Javorje et Kom.

Tr. ochroleucum L. In pratis m. Ivica et Javorje.

Tr. Panormitanum Presl. In sepibus et ad margines pratorum vallis Zetae sub Danilov Grad; fructificans, 2—3 pedale, mihi primitus *Tr. squarrosum* MB. visum ob dentem calycinum inferiorem reliquis duplo longiorem, reflexum, sed planta omnino monocarpica.

Tr. stellatum L. In asperis apricis ad Njegoš. et Vir.

Tr. angustifolium L. In pratis rivi Zetae sub Danilov Grad.

Tr. lappaceum L. Ad sepes pratorum sub Danilov Grad.

Tr. arvense L. In arvis ad Cetinje.

Tr. Bocconi Sav. In pratis vallis Zetae ad Danilov Grad.

Tr. scabrum Schb. In asperis apricis circa Rijeka; prope Vir lecta alia forma vegetior, sed plane exarida, prob. *Tr. Dalmaticum* Vis.

Tr. multistriatum Koch. In asperis apricis ad Rijeka et Vir.

Tr. montanum L. In pratis sub m. Durmitor.

Tr. repens L. In pratis pinguibus m. Durmitor et ad Lacum Seodranum.

Tr. nigrescens Viv. In satis ad Cetinje et Grahovo.

Tr. badium Schreb. In pratis m. Durmitor versus Crvena Stijena.

Tr. procumbens L. In cultis sub m. Lovćen et ad Grahovo.

Dorycnium herbaceum Vill. In saxosis ad Limljani distr. Crnnicæ.

Psoralea bituminosa L. In saxosis ad Vir et supra Limljani.

Lotus corniculatus L. In graminosis ad Cetinje et sub m. Jastrebrica: var *ciliatus* Koch. in herbis m. Durmitor sub Crvena Stijena; mihi primo obtutu plane diversus visus, pedalis et ultra, flores speciosi, et siccati flavi.

L. tenuifolius Rehb. In fossis ad Vir.

Galega officinalis L. In pratis pinguibus ad Sinjac et Rijeka.

Colutea arborescens L. In saxosis Pišine strane et supra Grahovo.

Phaca australis L. In saxosis m. Durmitor jugo Šljeme. Fructifera similis *Oxytropidi montanae*, sed legumine glabro, diaphano, seminibus ac reticulo venarum transparentibus, thecaphoro longiore, florescentia etiam praecociore.

Oxytropis campestris DC. In graminosis apricis m. Durmitor et Kom.

O. montana DC. In graminosis m. Durmitor jugo Šljeme.

Astragalus purpureus Lam. In saxosis Mrčenov Do sub m. Kom.

A. Onobrychis L. In cultis ad Grahovo, in asperis m. Ivica.

A. argenteus Bert. In saxosis ad Cetinje — A. Muelleri Steud, et H.

A. Cicer L. In pratis pinguibus ad Vir.

A. glycyphyllos L. In sylvestribus ad coenobium St. Stephani Moračae sup.

A. depressus L. In rupestribus m. Lovćen et m. Jastrebrica.

A. augustifolius L. In rupestribus m. Štirovnik — Sella.

A. Spruneri Boiss. var. *glabrescens*, fructu brevior. In saxosis supra Mrčenov Do sub m. Kom cum *A. purpureo*; utrumque fructificantem recognovit Cl. Grisebach; si revera hujus loci sistit formam alpestrum, omnibus partibus reductam, etiam leguminibus 0.01^m longis 0.004^m latis.

Coronilla Emerus L. In saxosis supra Grahovo, ad Vir.

C. varia L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

Hippocrepis glauca Ten. In saxosis m. Durmitor jugo Šljeme.

H. comosa L. In saxosis supra Limljani distr. Crmnicae.

Onobrychis sativa L. var. *Scardica* Gris. In pascuibus m. Kom, Javorje et Durmitor.

Vicia sylvatica L. In sylvis abietinis ad latera lacus Crno Jezero sub m. Durmitor.

V. dumetorum L. Ad latera sylvarum frondosarum vallis Tarae.

V. Gerardi DC. In pratis sylvaticis sub m. Durmitor.

V. Cracca Roth. In pratis irriguis ad Kolašin.

V. tenuifolia Roth. In dumetis ad Grahovo.

V. villosa Roth, var. *glabrescens* Koch. In cultis ad Cetinje, Vir.

V. Narbonensis L. Ad sepes prope Boljevići distr. Crmnicae.

V. grandiflora Scop. In pratis vallis Zetae sub Danilov Grad.

V. sativa L. In cultis circa Njegoš, ad Čevo.

V. peregrina L. Inter vineas ad Klopot distr. „Bratonožici“.

V. lathyroides L. In asperis ad Njegoš, Vir.

Lathyrus Nissolia L. In pratis vallis Zetae infra Danilov Grad.

L. setifolius L. In saxosis ad Boljevići distr. Crmnicæ.

L. sylvestris L. In dumetis vallis Moračæ infra coenobium S. Stephani.

L. latifolius L. In saxosis prope Njegoš, ad Vir.

Orobus vernus L. In sylvaticis montanis ad Kolašin.

O. variegatus Ten. In dumetis ad Cetinje.

O. sessilifolius Sm. In pascuis elatioribus m. Durmitor; fructificans.

O. luteus L. In dumetis ad Grahovo; fructificans.

Amygdaleae Juss.

Prunus spinosa L. In dumetis ad Cetinje, Grahovo, Vir.

Pr. avium L. In sylvaticis m. Ivica et Javorje.

Pr. Chamæcerasus Jacq. In apricis vallis Zetae prope Danilov Grad.

Pr. Mahaleb L. In saxosis apricis per distr. „Katunska“ vulgaris.

Pr. prostrata Lab. In saxosis m. Lovćen, clivo occidentali.

Rosaceae Juss.

Spiraea ulmifolia Scop. In rupestribus m. Durmitor sub Crvena Stijena.

Sp. Aruncus L. In umbrosis vallis Tarae.

Sp. Ulmaria L. Ad latera lacuum sub. m. Durmitor.

Sp. Filipendula L. In graminosis vallis Crmnicae.

Dryas octopetala L. In herbidis elatioribus m. Durmitor et Kom.

Geum urbanum L. In pratis sylvestribus sub m. Javorje.

G. molle Vis. et Panč. In herbidis m. Durmitor versus jugum Stulae, in m. Jastrebica.

G. rivale L. Ad latera lacus Riblje Jezero sub m. Durmitor.

G. montanum L. In pascuis sub m. Kom Rogam dictis.

Rubus amoenus Port. In saxosis ad Njegoš, Cetinje, Grahovo.

R. glandulosus Bell. In sylvaticis sub. m. Durmitor.

R. caesioides L. In salicetis ad Sinjaci, fossis ad Vir.

R. Idaeus L. In saxosis sub m. Durmitor, Javorje, ad latera sylvarum vallis Tarae.

R. saxatilis L. In saxosis m. Durmitor sub Crvena Stijena.

Fragaria Vesca L. In sylvestribus vallis Moračae sub m. Javorje.

Potentilla supina L. In arenosis prope Vir.

P. rupestris L. In saxosis non procul a Riblje Jezero sub m. Durmitor

P. anserina L. In fossis ad Vir.

P. recta L. In pratis sub m. Durmitor.

P. hirta L. In herbis ad Cetinje.

P. argentea L. In saxosis ad Cetinje.

P. reptans L. In cultis ad Cetinje et ad Lacum Scodranum.

P. Tormentilla Sibth. In sylvestribus umbrosis supra Kolašin.

P. maculata Pour. In asperis m. Durmitor et m. Kom.

P. verna L. In saxosis ad Cetinje et in valle Zetae sub Danilov Grad.

P. aurea L. In saxosis elatioribus m. Durmitor jugo Šljeme.

P. micrantha Ram. In sylvestribus Mali Lonac m. Sutorman.

P. Clusiana Jacq. In rupestribus m. Durmitor et Kom.

P. speciosa Willd. In rupestribus m. Lovćen et sub Vučji Zub — Bijela Gora.

Agrimonia Eupatoria L. In pratis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Rosa pimpinellifolia DC. In saxosis m. Jastrebitica.

R. Alpina L. In saxosis m. Durmitor.

R. rubrifolia Vill. In saxosis ad Cetinje et supra Ostrog.

R. canina L. In declivibus m. Kukuraj sub m. Kom; fructus solito majores, folia *R. dumetorum* Thuill.

R. tomentosa Sm. In saxosis ad Čevo, Nikšićka Župa et in m. Jastrebića.

R. sempervirens L. In saxosis ad Šavica distr. Lješanska Nahija.

R. Gallica L. In apricis vallis Zetae sub Danilo Grad.

Sanguisorbeae Lindl.

Alchemilla vulgaris L. In pratis sub m. Durmitor, Javorje.

A. Alpina L. In saxosis elatioribus m. Durmitor et Kom.

Sanguisorba officinalis L. In pratis pinguibus ad lacum Riblje Jezero sub m. Durmitor.

Polygonum Sanguisorba L. In herbis ad Cetinje, in valle Zetae et Crmnicae.

Pomaceae Lindl.

Crataegus monogyna Jacq. In dumetis ad Cetinje, Grahovo, prope Danilo Grad.

Cr. spec. fructu nigro prob. *melanocarpa* M. B. ab indigenis in montanis ad Grahovo indicata, mihi invisita.

Cotoneaster vulgaris Lindl. In saxosis m. Durmitor.

C. tomentosa Lindl. In rupestribus m. Javorje.

Pirus communis L. In dumetis ad Cetinje, Grahovo.

P. amygdaliformis Vill. In asperis per distr. „Bratonožići“.

P. Malus L. In sylvestribus Pišine Strane et supra Grahovo.

Amelanchier vulgaris DC. In rupestribus supra Grahovo.

Sorbus aucuparia B. In sylvestribus saxosis sub m. Durmitor et Javorje.

S. torminalis Crantz. In sylvestribus vallis Moračae sup. et sub m. Sutorman.

S. Aria Crantz. In rupestribus m. Lovćen, Javorje.

S. Chamaemespilus Crantz. In glareosis m. Durmitor sub Crvena Stijena.

Granateae Don.

Punica Granatum L. Ad sepes ad viam, qua itur a Cetinje versus Bajice, in saxosis ad Ostrog et inter vineas ad Dobrsko Selo.

Onagrarieae Juss.

Epilobium spicatum Lam. In sylvestribus m. Javorje et supra Kolašin.

E. rosmarinifolium Haenke. In glareosis ad rivum Moračae sup.

E. montanum L. In sylvestribus m. Lovćen et sub m. Durmitor.

E. tetragonum L. Ad ripas Lacus Superioris prope Sinjae.

E. trigonum Schrk. In sylvestribus m. Durmitor sub Crvena Stijena.

E. alsinefolium Vill. In rivularibus sub m. Durmitor versus Crvena Stijena et ad Mrčenov Do sub m. Kom.

Isnardia palustris L. In spongiosis Lacus Scodrani ad Sinjae et Vir.

Circaea Lutetiana L. In sylvaticis m. Lovćen et m. Sutorman.

C. Alpina L. In sylvestribus muscosis vallis Bukovicae distr. „Drobnjaci“.

Trapa natans L. In Lacu Scodrano, indigenis „kasaronja“ dicta.

Halorgeae RBr.

Myriophyllum spicatum L. In lacu Scodrano.

Callitrichineae Link.

Callitriche vernalis L. In rivularibus supra Kolašin.

Lythraeae Juss.

Lythrum salicaria L. In fossis rivi Zetae et ad Lacum Scodranum.

L. virgatum L. In pratis et fossis prope Vir.

L. bibracteatum Salzm. In arvis ad Šavica distr. Lješanska Nahija.

Ammannia verticillata Lam. In areis plateisque vici Vir.

Tamariscineae Desv.

T. Gallica L. In fossis sub vineis vici Vir; arbusculae bi-orgiales, ramis erectis, foliis glaucescentibus, margine ac apice scariosis.

Cucurbitaceae Juss.

Bryonia alba L. In dumetis ac coenobium S. Stephani Moračae sup.

Br. dioica Jacq. Ad sepes prope Cetinje, Čevo, Grahovo.

Portulaceae Juss.

Portulaca oleracea L. In asperis ad Cetinje, Vir.

Paronychieae St.Hil.

Herniaria incana L. In saxosis m. Javorje.

A. glabra L. In asperis ad Cetinje, Grahovo et in glareosis trachiticis ad lacum Jablan Jezero sub m. Durmitor.

Paronychia Kapela (Hacq.). In rupestribus m. Lovćen et asperis distr. „Bratonožići“.

Scleranthae Link.

Scleranthus annuus L. In cultis ad Cetinje.

Scl. uncinatus Sch. In asperis m. Vojnik, Durmitor et Kom; in sylvestribus m. Durmitor prolixus, gracilis, floribus in axillis foliorum dissitis, in apricis m. Kom compactus, floribus in apice ramorum fasciculatis.

Crassulaceae DC.

Sedum maximum Sut. In saxosis m. Sutorman.

S. Cepaea L. In saxosis sylvaticis prope Buan vallis Tušinae.

S. glaucum W. K. var. *eriocarpum* Boiss. In rupestribus m. Vojnik, Javcrje.

S. atratum L. In asperis m. Durmitor et Kom.

S. album L. In rupestribus ad Crvena Stijena m. Durmitor.

S. dasyphyllum L. In rupestribus ad Ostrog et in m. Javorje.

S. Majellense Ten. In glareosis m. Javorje et Kom. Ad amicos ut novum sub nomine *S. racemulosi* m. missum.

S. serangulare L. In rupestribus m. Lovćen.

S. anopetalum DC. In rupestribus ad Ostrog et in m. Lovćen.

Sempervivum patens Gris. In rupestribus Crvena Stijena sup m. Durmitor.

S. spec. sect. Eusempervivi. In saxosis trachyticis sub Crvena Stijena m. Durmitor; rosulae relatae coluntur in horto.

Umbilicus pendulinus DC. In muris ad Boljevići et Limljani distr. Crmnicæ.

Saxifraga Aizoon Jacq. In rupestribus m. Lovćen, Durmitor, Javorje, Kom.

S. crustata Vest. In rupestribus m. Kom.

S. coriophylla Gris. In rupestribus m. Durmitor, Javorje.

S. Scardica Gris. In rupestribus m. Javorje et supra Buan vallis Tusinae.

S. porophylla Bevt. In rupestribus m. Kom.

S. oppositifolia L. In rupestribus m. Durmitor jugo excelso Šljeme.

S. aizoides L. In glareosis m. Kom.

S. muscoides Wulf. In glareosis m. Durmitor.

S. exarata Vill. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme.

S. sedoides L. In rupestribus m. Kom.

S. glabella Bert. In glareosis sub m. Kom loco dicto Visoke Grede; exemplaria nuper e loco classico

Bertoloniano*) a Cl. Dre Levier accepta exacte congruunt cum planta mea Montenegrina, quam jam pridem, cum aliis meis Saxifragis, inspectam recognovetar Cl. Grisebach.

S. adscendens L. In glareosis m. Durmitor et m. Kom.

S. trydactylites L. In saxosis ad Cetinje et sub m. Lovéen.

S. bulbifera L. In collinis asperis ad Cetinje.

S. rotundifolia L. In rupestribus m. Lovéen et ad Ostrog.

S. Olympica Boiss. In rupestribus m. Kom.

Chrysosplenium alternifolium L. In sylvestribus irriguis ad rivum „Bukovica“ sub m. Durmitor.

Ribesiaceae Endl.

Ribes Alpinum L. In saxosis sub m. Jastrebica.

R. petraeum L. In saxosis sylvestribus sub m. Durmitor.

Umbelliferae Juss.

Sanicula Europaea L. In sylvaticis vallis Moračae sup. et Tarae.

Astrantia major L. In graminosis sylvestribus sub m. Durmitor.

*) Plantae m. Kom ac toto Mari Adriatico ab eo diremto m. Majella in Italia, praeter dictam Saxifragam, communes: *Papaver aurantiacum*, *Silene acaulis*, *Sedum Majellense*, *Carum Alpinum*, *Doronicum Pardalianches*. *Senecio Doronicum*, *Campanula trichocalycina*, *Linaria Alpina*. — Conf. Vincenzo Cesatti, Monte Majella. Napoli. 1773.

Eryngium amethystinum L. In campis ad Cetinje et Grahovo.

E. Alpinum L. In glareosis ad Crvena Stijena sub m. Durmitor.

E. palmatum Vis. et Panč. In dumetis in Nikšićka Župa.

Trinia vulgaris DC. In saxosis m. Durmitor et m. Kom.

Facaria Rivini Host. In declivibus asperis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Ammi majus L. Inter vineas prope Vir.

Aegopodium Podagraria L. In dumetis vallis Moračae et Zetae.

Carum carvi L. In pascuis sub m. Durmitor.

C. divaricatum Bert. In saxosis sub m. Lovéen; foliola involuelli tempore florescentiae patula aut arcuato reflexa, exteriora paulo longiora, radiolos aequantia aut superantia, interna eis breviora; reliqua congruunt cum Rehb. Icon. XXI. pag. 16. fig. 35. I. & II.

C. Alpinum (W. K.) In glareosis m. Kom supra Rogam.

Pimpinella saxifraga L. In pratis sub Danilov Grad et ad Vir.

P. magna L. In pratis sylvestribus supra Kolašin.

P. Tragium Vill. var. *bipinnatisecta* Gris. In saxosis m. Javorje.

Pančićia Serbica Vis. In pratis ad Gvozd, pascuis m. Kom, m. Javorje et m. Durmitor, ubi in jugo Šljeme Mughum ad ejus terminum superiorem comitatur.

Berula angustifolia Koch. In irriguis supra Kolašin et ad rivum Moračae sup.

Sium latifolium L. In spongiosis prope Sinjae.

Bupleurum aristatum Bartl. In asperis ad Njegos et ad Dobre Strana distr. „Čeklići“.

B. Kargli Vis. In saxosis ad Cetinje, Čevo, Grahovo, in Nikšićka Župa et alibi sat vulgare; toto habitu a priore diversum, statura pone gracilitatem elatiore, involucro radiis umbellae multo brevior, involuelli phyllis ob nervos exteriores a basi furcatis 5-nerviis.

B. junceum L. In dumetis ad Dobre Strane district. „Čeklići“.

B. Baldense Host. In herbis saxosis m. Durmitor, Javorje et Velika Jastrebica.

B. rotundifolium L. In cultis ad Cetinje, Vir.

Oenanthe fistulosa L. In fossis ad Sinjac, Vir.

Oe. spec. caule elato, acutangulo, foliis superioribus in laciniis lineares, 2—3 policares, distantes fissis, radiis umbellae 12—20, fructibus basi callosis; fibrae radicales (exarridae) vix incrassatae, folia radicalia non observata, planta hinc dubia. In campis et ad sepes sub Danilov Grad.

Oe. Phellandrium Lam. In recessibus Lacus Scodrani.

Aethusa Cynapium L. In irriguis sylvestribus supra Kolašin.

Seseli globiferum Vis. In rudertis ac rupestribus ad Cetinje, Ostrog, Vir.

S. montanum L. In campis arenosis ad Grahovo.

S. Tommasinii Rehb. In pascuis saxosis sub. m. Jastrebica; fructus hujus et praecedentis immaturi lecti, prioris asperuli, hujus plane glabri, hoc insuper habet folia inferiora in laciniis lineares longas ac distantes fissa, superiora trifida aut ad lacinulam longiusculam

reducta, et radios umbellae 5—7enos, latere interno asperulos.

S. rigidum W. K. In rupestribus m. Javorje, Kom et ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

S. coloratum Ehrh. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor.

Libanotis vulgaris DC. In dumetis vallis Tušinae et Moračae sup.

Athamanta Cretensis L. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme.

A. Mathioli Wulf. In rupestribus m. Štirovnik (Sella); deflorata, indumento fructuum sericeo, micante recognita.

Ligusticum Seguieri Koch. In saxosis sub. m. Durmitor, Vučji Zub et in clivo Mali Lonac m. Sutorman; indigenis sub nomine „Velje Zelje“ remedium popolare laudatum.

Silaus peucedanooides MB. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulac.

Meum athamanticum Jacq. In pratis m. Javorje et in pascuis Rogam sub m. Kom.

Selinum carvifolia L. In salicetis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Ostericum palustre Bess. In alnetis supra Kolašin.

Angelica sylvestris L. In rivularibus sub m. Durmitor; depressior, an ob stationem alpestem?, flores rosei, involucria polyphylla, fructus necdum satis maturi; var. *montana* Gaud. in umbrosis irriguis ad rivum Moračae sup.

Ferula communis Koch. In rupestribus calcareis supra coenobium Ostrog.

Ferulago galbanifera Koch. In saxosis sub coenobio Ostrog.

Opopanax Chironium Koch. In saxosis supra Njegoš et in Nikšićka Župa; e duobus exemplaribus fructiferis in ultima statione lectis unum habet mericarpia obovata 0,009—0,011 m. longa, vallecultas 3—2 vittatas, commissuram Svittatam, aliud ea ovalia 0.006—008 m. l., vallecultas 1—3vittatas, commissuram 8—12vittatam, in priore verticilli 3radiati, in altero 8radiata.

P. longifolium W. K. In rupestribus m. Surtorman.

P. Ruthenicum MB. In pratis prope Gvozd distr. „Drobnjaci“.

P. Petteri Vis. In pratis saxosis m. Javorje; supra Buan vallis Tušinae crescit alia forma umbellis copiosioribus, brevius pedunculatis, foliis inferioribus tempore florescentia emmortuus, superioribus in paucas acinias linearis divisas, supremis ad vaginas reductis. Sub nomine *P. oligophylli* m. amicis communicatum; eandem formam in Dalmatia occurrere monet Cl. Grisebach.

P. spec. Caule stricto a medio dichotome ramoso, foliis bipinatifidis, laciniis breviusculis, linearibus, acuminatis, margine asperulis, umbellis longe pedunculatis, radiis inaequalibus, glabris, floribus albis virgineis subtus roseis petalis acumine inflexo truncatis, stylis stylopodio duplo longioribus, fructus maturi desiderantur. Intermedium inter *P. Schottii* Bess., pro quo legi, et *P. carvifolium* Vill. cuius habet, monente Cl. Grisebach in litt., petala truncata; ab eo vero differt floribus albis, radiis umbellae glabris, laciniis fo-

liorum subaequalibus, copiosioribus, brevioribus, vaginis et superioribus strictis.

P. Cervaria L. In dumetis vallis Zetae sub Danilov Grad.

P. Alsaticum L. Ad sepes circa Sinjac et Vir.

P. Austriacum Koch. In saxosis m. Durmitor et Javorje.

Anethum graveolens L. In vineis ad Dobrsko Selo, Vir, Klopot.

Pastinaca opaca Bern. In dumetis ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Lophotaenia aurea Gris. In saxosis ad vineas prope Klopot distr. Bratonožići. Semina ibi lecta ac mense Februario sata dederunt plantas, quae initio Maji floruerunt ac mense tardius fructus maturarunt, species igitur anuna!

Heracleum Pollinianum Berth. In saxosis sylvestribus m. Durmitor et in alveis Bijela Gora sub clivo Vučji Zub.

Tordylium maximum L. In cultis ad Cetinje, Dobrsko Selo, Vir.

T. Apulum L. In saxosis ad vineas prope Klopot et supra Dobrsko Selo.

Siler trilobum Scop. In dumetis vallis Moračae sup. in descensu de m. Javorje.

Laserpitium latifolium L. In sylvestribus sub m. Durmitor versus Crvena Stijena.

L. Siler L. In saxosis m. Durmitor et pascuis Rogam sub m. Kom.

Orlaya grandiflora Hoffm. In saxosis ad Cetinje, Rijeka et Vir.

Daucus Carota L. In cultis ad Cetinje, pratis prope Vir. distr. Crmnicæ.

D. maritimus Lamk. Inter vineas ad Boljevići distr. Crmnicæ.

Caucalis daucoides L. In cultis ad Njgoš, Cetinje, Vir.

Turgenia latifolia Hofm. In arvis ad Cetinje, campis ac hortis circa Grahovo.

Torilis Anthriscus Gmel. In cultis ad Njgoš et circa Cetinje.

T. microsperma Bess. In saxosis sub m. Lovćen et in elivo Mali Lonac sub m. Sutorman.

T. nodosa Gaertn. In campis ad Vir, inter vineas ad Klopot distr. Bratonožići.

Anthriscus sylvestris Hoffm. var. *alpestris* Wimm. In saxosis sylvestribus vallis Verušæ distr. Gornji Vasojevići.

A. fumarioides Spr. In saxosis vallis Moračæ sup. sub rupe dicta „Tijentača“.

A. trichosperma Schult. In saxosis ac ruderatis ad Cetinje, Dobrsko Selo et Vir.

Physocaulus nodosus Tausch. In saxosis ad Njgoš, Cetinje, Danilov Grad.

Chaerophyllum temulum L. In saxosis ac ruderatis ad Njgoš et Danilov Grad.

Ch. coloratum L. In saxosis m. Lovćen, ad coenobium Ostrog et in sepibus vallis Zetae sub Danilov Grad.

Ch. hirsutum L. In irriguis sylvaticis sub m. Durmitor versus Crvena Stijena.

Ch. aromaticum L. In dumetis, pomariis ac hortis per ditionem vulgare, in montes adsecudens — in valle Taræ supra Kolašin.

Conium maculatum L. In hortis et ruderatis ad Danilov Grad.

Physospermum aquilegiaefolium All. In dumetis vallis Tušinae et Moračae sup., in descensu de m. Javorje.

Hladnikia Golaka Rehb. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulae.

Smyrnum perfoliatum Mill. In saxosis sub m. Štirovnik et ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Sm. rotundifolium Mill. In saxosis supra coenobium Ostrog.

Araliaceae Juss.

Hedera Helix L. Ad rupes prope Cetinje, Ostrog.

Corneae DC.

Cornus sanguinea L. In dumetis ad Cetinje, Vir.

C. mas L. In sylvestribus ad Grahovo, Vir, sub m. Lovćen.

Caprifoliaceae Juss.

Sambucus Ebulus L. In dumetis et hortis ad Cetinje, Grahovo.

S. nigra L. In sylvestribus vallis Zetae, ad vineas prope Vir.

Viburnum Lantana L. In apricis dittonis vastissima dumeta constituens saepe socium *Cytiso Weldenii* Vis.

V. Opulus L. Ad sepes et in salicetis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Lonicera Caprifolium L. In dumetis ad Cetinje.

L. Etrusca L. In saxosis ad Čevo et prope Vir;
ructificans foliis adultis subtus incanis insignis.

L. Xylosteum L. In dumetis sub m. Sutorman.

L. corulea L. In sylvestribus sub m. Durmitor
versus Crvena Stijena.

L. alpigena L. In saxosis m. Durmitor jugo
Šljeme.

Stellatae L.

Sherardia arvensis L. — In cultis ad Cetinje,
Grahovo.

Asperula Taurina L. In sylvestribus supra Ko-
lašin.

A. odorata L. In sylvaticis m. Durmitor et in
valle Tarae.

A. hirta Ram. In saxosis M. Kom supra Rogam.

A. cynanchica L. var. *longiflora* Vis. In aspe-
ris ac saxosis ad Cetinje, Čevo, Grahovo.

A. galioides MB. In saxosis Lukovsko Polje ul-
tra Nikšićka Župa.

A. scutellaris Vis. In saxosis ad Cetinje, alibi-
que in apricis ditionis vulgaris.

Galium Cruciata L. In pratis m. Javorje et sub
m. Durmitor.

G. vernum Scop. In saxosis ad Cetinje, Vir.

G. Aparine L. Ad sepes prope Cetinje, Dobrsko
Selo, Vir.

G. rotundifolium L. In sylvestribus sub m. Ja-
vorje et in valle Tarae ac Verušae.

G. boreale L. In pratis pinguibus sub m. Dur-
mitor.

G. verum L. In pratis sub Danilov Grad, herbis m. Sutorman.

G. purpureum L. In rupestribus schistaecis supra Mrčenov Do sub m. Kom.

G. sylvaticum L. In sylvestribus vallis Moračae et Tarae.

G. lucidum Ah. In saxosis m. Javorje et sub m. Lovćen.

G. anisophyllum Vill. In muscosis m. Velika Jastrebnica, m. Durmitor et m. Kom.

Valerianeae DC.

Valeriana officinalis L. In pratis pinguibus sub m. Durmitor et in valle Zetae sub Danilov Grad.

V. montana L. In saxosis sub m. Durmitor, m. Javorje et m. Kom.

V. Bertisceae nov. spec. Rhizomate repente, caule erecto, ad geniculas verruculoso, foliis rosularibus ac infimis caulinis longe petiolatis, integris, ovali elypticis, mediis sessilibus, lyrato pinuatipartitis, supremis pinatisectis aut integris, corymbis terminalibus compactis, involucreatis, bracteis linearibus acuminatis, corymbo sublongioribus, floribus carneis, antheris lineari elypticis, stylis subinclusis, fructibus obverse lingulatis, glabris, facie 1- dorso 3costatis, costis filiformibus, dorsalibus subparallellis, areis intercostalibus angustissimis laterales vix medium latis, pappo 18radiato.

Hab. in glareosis m. Kom sub rupe Visoke Grede dicta, in consortio cum Phyteumate orbiculari, Linaria Alpina ac Euphorbia capitulata. Flor. Augusto.

Palmaris, spithamea, affinis *V. globulariaefoliae* Ram. et *V. capitatae* Pall. A priore differt bracteis longioribus, stylis brevioribus, antheris oblongis (quae in illa ovales), et geniculis pubescentibus; ab altera sic monente Cl. Prof. Ascherson, qui speciem Pallasianam in herbario Willdenoviano examinare complacuit, caule tenuiori, minus alto et foliis ovali ellipticis (nec ovatis), ab utraque foliis rosularibus longius petiolatis, areis fructus inaequalibus, exterioribus latioribus et pappis fructus 18— nec 12radiatis. Affinis etiam *V. Olenae* Boiss., quae secundum descriptionem differt, radice descendente, caule depresso, glabro, bracteis brevioribus et corollis basi gibbis.

V. saxatilis L. In saxosis m. Javorje et m. Kom; ob rhizoma squammosum — residuis foliorum in filamenta non solutis, ac staturam depressiorem primo obtutu similis *V. Celticae*, pro qua legi, sed folia redicalia sunt longius petiolata ac achenia omnino unilocularia.

Valerianella olitoria Poll. In cultis ad dumetis ad Cetinje et prope Vir.

V. carinata Lois. In asperis ad Vir.

V. hamata DC. In graminosis ad Cetinje et inter vineas ad Klopot distr. „Bratonožići“.

Dipsaceae DC.

Dipsacus laciniatus L. In dumetis vallis Moračae prope coenobium S. Stephani.

D. pilosus L. In alnetis supra Kolašin.

Cephalaria Transylvanica Schrd. In pratis vallis Zetae sub Danilov Grad.

C. leucantha Schrd. In saxosis ad Njegoš, Čevo, Ostrog et supra Grahovo.

Knautia hybrida Coult. In glareosis prope Bašina Voda sub m. Ostrog; var. *integrifolia* Koch in asperis ad Grahovo.

Kn. longifolia Koch. In pratis inter Krstac et Gvozd distr. „Drobnjaci“.

Kn. arvensis Coult. In campis ad Cetinje.

Succisa pratensis Mueh. In pratis pinguibus sub m. Durmitor et in valle Tarae.

Scabiosa triniaefolia Friv. In rupestribus Crvena Stijena sub m. Durmitor; differt a *Sc. ochroleuca* antheris croceis, a *Sc. Webbiana* caulis glabritie; *Sc. fumariaefolia* Vis. et P. quae proxima, recedit laciniis foliorum inferiorum latioribus et pappo brevissimo, coronam fructus vix aequante.

Sc. Columbaria L. In pratis ad Gvozd et in sylvestribus Kukuraj Brdo sub m. Kom.

Sc. Gramuntia L. In saxosis supra Grahovo; in asperis ad Vir forma setis nullis — *Sc. agrestis* Rehb.

Sc. silenifolia R. S. In rupestribus m. Durmitor excelso jugo Šljeme; palmaris spithaamea, foliis fere omnibus radicalibus integris, floribus caeruleis, antheris croceis, corona calycis in fructu nimis juvenili non videtur quadriloba; an non varietas *Sc. suaveolentis* ob stationem alpinam omnibus partibus contracta?

Sc. holosericca Bert. In asperis sub m. Kom loco Jelića Platno dicto.

Sc. crenata Cyr. In rupestribus ad Cetinje et sub m. Lovćen.

Sc. Ucratica L. In glareosis rivi Gračanička Rijeka in Nikšićka Župa.

Sc. graminifolia L. In rupestribus m. Lovćen et supra Grahovo.

Compositae Adans.

Eupatorium cannabinum L. In fossis ad Vir.

Adenostyles albifrons Rehb. In sylvaticis m. Durmitor versus Crvena Stijena et in alveis Vučji Zub — Bijela Gora.

Homogyne sylvestris Cass. In pratis sylvestribus Kukuraj Brdo sub. m. Kom.

H. Alpina Cass. In pascuis sub m. Durmitor.

Tussilago Farfara L. Ad ripas Moračae supra coenobium Duga.

Petasites officinalis Moench. In irriguis ad rivum Tušinae.

P. albus Gaertn. In irriguis sylvestribus sub m. Durmitor, versus jugum Stulae.

Linosyris vulgaris DC. In pratis saxosis sub m. Durmitor.

Aster Alpinus L. In saxosis elatioribus m. Durmitor.

A. Amellus L. In vineis ad Boljevići distr. Crmnicae.

Galatella rigida Cass. In dumetis ad Dobre Strane distr. „Cuci“; omnibus notis congruit cum Rehb. Ic. Flor. Germ. XVI. III., fig. 17.

Bellidiastrum Michellii* Cass. In rupestribus m. Jastrebica, Durmitor et Kom.

Bellis perennis L. In graminosis ad Cetinje.

Erigeron Canadensis L. In cultis ad Njegoš, Cetinje, Rijeka.

E. Villarsii Bell. In pratis sylvestribus m. Durmitor.

E. Alpinus L. In declivibus herbidis m. Javorje et m. Kom.

E. uniflorus L. In saxosis m. Durmitor.

Solidago Virga aurea L. var. *alpestris* Koch. In saxosis m. Kom.

Telekia speciosa Bmg. In alnetis ad Kolašin.

Pallenis spinosa Cass. Ad margines agrorum prope Danilov Grad et ad Šavica distr. Lješanska Nahija.

Inula Helenium L. In salicetis ad rivum Zetae sub Danilov Grad.

I. ensifolia L. In rupestribus ad Šavnici sub m. Ivica.

I. Conyza DC. In dumetis vallis Moračae sup., saxosis ad Vir.

I. squarrosa L. In saxosis ad Boljevići distr. Crmnicae.

I. Oculus Christi L. In declivibus asperis sub m. Lovćen.

I. Britannica L. In pratis sub Danilov Grad, ad Vir.

I. graveolens Desf. In cultis ad Njegoš, Grahovo, inter vineas prope Vir.

Pulicaria vulgaris Gaertn. In fossis ad Vir; ob tomentum copiosum, praesertim capitulorum candicans, an potius *P. dentata* DC?

P. dysenterica Gaertn. Cum priore.

P. viscosa Cass. In fossis ac hortis ad Vir.

Bidens tripartita L. In fossis ad Sinjac, Vir.

B. cernua L. In arundinetis ad Sinjac.

Filago Germanica L. var. *canescens* Gr. et G. In campis ad Šavica distr. Lješanska Nahija, supra Danilov Grad.

F. arvensis L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

F. minima Fr. In asperis vallis Zetae prope Danilov Grad.

F. Gallica L. In glareosis ad Danilov Grad et supra Limljani distr. Crmnicae.

Gnaphalium sylvaticum L. In sylvaticis sub m. Durmitor, Kom et m. Jastrebica.

Gn. supinum L. In saxosis m. Javorje, Kom.

Gn. Hoppeanum Koch. In saxosis m. Jastrebica et m. Kom: jam eminus dignoscendum a priore, cui soepe socium, statura passim majore, capitulis longius pedunculatis, anthodiis pallidis (nec fusco variegatis) et indumento nitidior, magis adpresso, quasi compto; in priore praeterea pappus longior, achenium ter, in altero bis tantum longus; sub nomine *Gn. fusci* amicis communicatum a Cl. Grisebach recognitum.

Gn. uliginosum L. In arenosis rivi Rijeka, in fossis ad Vir.

Gn. luteo-album L. In arenosis ad Lacum Scodranum.

Gn. dioicum L. var. *australe* Gris. In pascuis Rogam sub m. Kom.

Helichrysum angustifolium DC. In saxosis ad Boljevići distr. Crmnicae.

Artemisia Absinthium L. In cultis ad Njegoš, Danilov Grad.

A. camphorata Vill. In saxosis supra Grahovo.

A. Mutellina Vill. In rupestribus m. Durmitor excelso jugo Šljeme; recedit foliis bracteantibus lineari oblongis, integris.

A. vulgaris L. In campis vallis Zetae sub Danilov Grad.

A. scoparia W.K. In campis ad Cetinje.

Tanacetum vulgare L. In salicetis ad rivum Moračae et Tarae.

Achillea Clavennae L. In rupestribus m. Durmitor, ad Mrčenov Do sub m. Kom et in m. Velika Jastrebrica.

A. abrotanoides Vis. In rupestribus m. Durmitor, ad Mrčenov Do sub m. Kom. et m. in Jastrebrica — Bijela Gora.

A. Millefolium L. In campis ad Cetinje, Grahovo.

A. nobilis L. In asperis ad Vir.

Anthemis tinctoria L. In collinis asperis ad Danilov Grad.

A. Triumphetti All. In saxosis sylvestribus m. Durmitor sub Crvena Stijena.

A. arvensis L. In cultis ad Cetinje.

Chrysanthemum Leucanthemum L. In pratis sub m. Durmitor et in valle Zetae sub Danilov Grad.

Chr. graminifolium Rehb. In rupestribus m. Lovćen (in consortio cum *Amphoricarpo Neumayeri*) et in m. Jastrebrica.

Chr. corymbosum L. In sylvestribus m. Durmitor et dumetis ad coenobium S. Stephani Moračae sup.

Chr. macrophyllum (W. K.) In sylvestribus ad Kolašin.

Chr. larvatum Gris. in Skofitz bot. Zeitschr. 1874, p. 266. In rupestribus m. Durmitor et ad Mrčenov Do sub m. Kom.

Chr. cinerariaefolium Vis. In saxosis sub m. Lovćen, ad Čevo, supra Grahovo et in m. Jastrebrica — Bijela Gora.

Chr. inodorum L. In cultis ad Cetinje.

Chr. tenuifolium Kit. In hortis et agris per distr. „Ćeklići“ et „Cući“ usque ad Grahovo.

Doronicum Pardalianches L. In glareosis ad Visoke Grede*) sub m. Kom; indumento copiosiore ac radice tenui, stolonifera a sequente, cui radix pennam anserinam crassa, praemorsa, distinctum.

D. cordifolium Sternb. In rupestribus m. Javorje et m. Sutorman.

D. Austriacum Jacq. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor.

Senecio vulgaris L. In cultis ad Cetinje, Grahovo.

S. vernalis W. K. In cultis ad Cetinje, Grahovo, campis Zetae sub Danilov Grad.

S. Nebrodensis L. In glareosis ad Šavnici sub m. Ivica et ad Mrčenov Do sub m. Kom.

S. abrotanifolius L. In pascuis sub m. Kom, Rogam dictis; uniflorus, ut et in Carpathis Transylvanicis.

S. erucifolius L. In pascuis saxosis sub m. Velika Jastrebrica.

S. erraticus Bert. In fossis ad Vir.

S. nemorensis L. In sylvaticis vallis Tarae.

S. Doronicum L. In glareosis excelsioribus m. Kom supra Rogam.

S. Visianii Pap. In saxosis a m. Lovćen ad Bijela Gora; mea exemplaria, omnia fructifera, habent achenia elongata, cupulas pappiferas brevissimas, capitula, an senio? glabra.

*) Locus, quo indigeni, ob mortiferae ejusdam herbae praesentiam pecora arcent, sedule exploratus ne vestigium quidem Aconiti aut alius plantae venenatae praebuit, praeter *D. Pardalianchen*; hinc dubius perstiti, num planta haec mere mutuato nomine metuenda.

Echinops Ritro L. var. *elegans* Vis. In saxosis m. Lovćen et supra Grahovo.

F. Bannaticus Roch. In saxosis ad Limljani in valle Crmnicæ.

Cirsium ferox L. In pascuis ad Gvozđ; a *C. ciliato* M. B., pro quo lectum ac ad amicos communicatum differt, capitulis majoribus, minus numerosis, flosculis 0.030 nec 0.024 m. longis, laciniis omnibus aequilongis.

C. lanceolatum L. In salicetis ad Sinjac, Vir.

C. eriophorum Scop. In pratis m. Ivica sub. m. Durmitor, et ad Mrćenov Do sub m. Kom; in m. Kom forma peculiaris, valde depressa, vix ultra spithamaea, capitulis longe involucretis, squammis parte dilatata dentatis.

C. polyanthemum DC. In glareosis torrentis hieme inundati sub m. Bijela Gora, qua itur ad Krivošije; in salicetis ad Vir et in valle Zetae sub Danilov Grad forma alia notata, squammis anthodiorum brevius spinosis — prob. *C. Siculum* Guss.

C. Erisithales Scop. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor.

C. oleraceum L. In irriguis sub m. Durmitor versus Crvena Stijena.

C. rivulare Scop. In irriguis m. Durmitor sub colle Savin Kuk.

C. alsophilum Poll. In irriguis umbrosis vallis Taræ; bene congruens cum planta a Cl. Prof. Kerner communicata, nec diversum a *C. Allionii* Thur.

C. candelabrum Gris. In glareosis rivi Gračanička Rijeka in Nikšićka Župa et a Bijela sub m. Vojnik.

C. acaule All. In pascuis m. Ivica.

C. arvense Scop. In satis ad Njegoš, Grahovo.

Chamaepeuce stricta DC. In saxosis clivi Granica prope Cetinje, per totum distr. „Čeklići“ et „Cuci“, sub coenobio Ostrog et in dumetis vallis Moračae sup.

Silybum Marianum Gaertn. In saxosis supra coenobium Ostrog.

Carduus pycnocephalus Jacq. In saxosis sub m. Lovćen.

C. multiflorus Gaud. In rupestribus supra coenobium Ostrog.

C. acanthoides L. In cultis ad Njegoš, Cetinje, Vir.

C. Personata Jacq. In sylvaticis sub m. Durmitor versus jugum Stulac.

C. collinus W. K. In clivo Granica prope Cetinje, in saxosis m. Ivica et sub Crvena Stijena m. Durmitor.

C. carlinaefolius Lam. In collinis herbidis ad Blaca distr. „Drobnjaci“.

C. ramosissimus nov. spec. Parce pilosus, caule erecto, a basi in ramos pedales, apice compacte corymbosus diviso, foliis late decurrentibus, pinnatifidis, segmentis alisque lobatis, lobis margine spinulosis, apice in spinam validiorem eis aequilongam abeuntibus, capitulis mediocribus breviter pedunculatis, pedunculis apice nudis, araneoso puberulis, anthodii glabri, hemisphaerici squammis omnibus fastigiatis, lanceolato linearibus, aequilatis, dorso carinatis, exterioribus in spinam validam, patulam terminatis, interioribus acuminatis, subinocuis, flosculis roseis, acheniis oblongis, compressiusculis, caesio flavidis, longitudinaliter striatis, inter

strias transverisim rugulosis, pappum dimidium sublongis.

Crescit in glareosis m. Durmitor sub Crvena Stijena Flor. Julio.

Caulis $1\frac{1}{2}$ —2 pedalis, cum ramis copiosis, erectis dumulum diametro pedalem constituens, folia facie glabra, subnitida, dorso ad nervum ejusque diramationes sparse pilosa, primordialia lanceolata, semipedalia, pinna-tisecta, lobis margine subaequaliter spinulosis, caulina lineari oblonga, late decurrentia, spinae stramineae, in apice loborum duplo longiores, gracilescentes, rami corymbi inaequales, 1—4 unciales, centrales ut plurimum breviores, capitula mediocria, achenia 0.004 m. l. Affine *C. Tmoleum* Boiss. ad exemplar de m. Parnasso a Cl. Heldreich communicatum differt: corymbis laxioribus, squamis interioribus duplo latioribus, foliis profundius sectis et spinis caulis ac foliorum copiosioribus, nonnihil validioribus. Colitur in horto, herba redolet moschum.

C. nutans L. In campis ad Cetinje et sub Danilo Grad.

Onopordon Illyricum L. In campis ad Cetinje, in saxosis supra Grahovo.

Carlina acaulis L. In pascuis m. Ivica, Javorje et sub Bijela Gora.

C. acanthifolia All. In saxosis ad Cetinje, Čevo, Grahovo.

C. corymbosa L. In campis ad Cetinje, Vir, Grahovo.

Serratula tinctoria L. In pratis sylvestribus ad rivum „Bukovica“ ultra m. Ivica.

Kentrophyllum lanatum DC. Ad margines agrorum circa Njegoš, Grahovo.

Centaurea splendens L. In saxosis ad Cetinje, Čevo et Vir.

C. amara L. In asperis Nikšićka Župa et ad Vir.

C. acillaris W. In rupestribus m. Durmitor jugo Šljeme; forma demissa, paulo ultra palmaris, gracilis, folia vix decurrentia, inferiora pinnatiloba.

C. Cyanus L. In satis ad Cetinje, Čevo, Grahovo.

C. Scabiosa L. In pratis m. Ivica supra Šavnic, in dumetis Moračae sup. sub m. Javorje.

C. atropurpurea W.K. In rupestribus ad Crvena Stijena m. Durmitor.

C. Kotschyana Heuff. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulac.

C. Salonitana Vis. var. *lanceolata* Vis. In asperis ad Čevo et in Nikšićka Župa; gracilior ac forma vulgaris typica, a qua differt flosculis aurantiacis et basi caulis coma filamentosa stipato, queis accedit *C. ceratophyllae* Ten., diversae statura depressiore ac foliis tenuius dissectis. Sub nomine *C. aurantiacae* m. amicis communicata, tenet medium inter *C. Salonitanam* et *C. rupestris* cui fructus pappus multo brevior; videtur et *C. ornatae* W. affinis.

C. incompta Vis. In rupestribus m. Sutorman clivo Mali Lonac et in Bijela Gora inter Vučji Zub et Velika Jastrebica; folia inf. lyrato pinnatisecta, superiora integra, caulis paniculato corymbosus, squammiae longiuscule ciliatae.

C. paniculata L. In campis arenosis ad Grahovo.

C. glaberrima Tausch. Vis. Suplem. Flor. Dalm. In asperis ad Cetinje, Čevo, Nikšićka Župa.

C. solstitialis L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

C. Calcitrapa L. In campis ad Cetinje, in valle Zetae sub Danilov Grad.

Amphoricarpus Neumayeri Vis. In rupestribus m. Lovćen, Velika Jastrebica, supra Grahovo, in m. Durmitor versus Crvena Stijena et in m. Kom ad Visoke Grede.

Scolymus Hispanicus L. In campis ad Cetinje, Šavica et sub Danilov Grad.

Lapsana communis L. In dumetis ad Cetinje, Vir.

Cichorium Endivia L. In saxosis ad Ostrog, in vineis ad Klopot distr. „Bratonožići“. Sub nomine „Žumenica“ indigenis nota; floruit in horto.

Hedypnois Cretica Vis. var. *crepidiformis* Rehb. In asperis ad Vir distr. Crmnicæ.

Leontodon autumnalis L. In pascuis m. Ivica supra Šavnici.

L. Taraxaci Lois. In herbis m. Kom supra Rogam.

L. hastilis L. In pascuis m. Durmitor, Javorje, Bijela Gora.

L. saxatilis Rehb. In rupestribus m. Lovćen et m. Jastrebica.

Picris laciniata Vis. In saxosis prope coenobium Ostrog.

Tragopogon Tommasinii Vis. In saxosis ad Cetinje.

Scorzonera Hispanica L. In pascuis saxosis m. Javorje.

Sc. rosea W.K. In pascuis elatioribus m. Durmitor.

Galasia villosa Cass. In pascuis m. Ivica supra Šavnici.

Hypochaeris radicata L. In pratis ad Vir.

H. maculata L. In pascuis sub m. Kom.

Willemetia apargioides Cass. In pascuis m. Durmitor jugo Šljeme.

Taraxacum officinale Wig. In cultis ad Cetinje, Grahovo.

T. Hoppeanum Gris. In rupestribus m. Durmitor, Javorje, Kom; squammae inferiores basi cordatae, adpressae, ut in *T. commutato* Jord.

Prenanthes purpurea L. In sylvaticis m. Durmitor.

Lactuca viminea L. In saxosis ad Boljevići distr. Crmnicae.

L. muralis L. In saxosis sylvaticis sub m. Durmitor.

L. perennis L. In rupestribus m. Javorje.

Sonchus oleraceus L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

S. asper L. In asperis ad Rijeka, Vir.

S. pallescens nov. spec. Caule erecto, simplici, basi glabro, a medio ramoso, ramis glanduloso setosis, umbellato corymbosis, foliis oblongis runcinato pinnatifidis, margine spinuloso denticulatis, caulinis basi cordata adnatis, auriculis parte libera flabellatim spinoso dentatis, pedunculis apice floccosis, capitulis ovatis, involucri squammis lineari lanceolatis, carinatis exterioribus ad carinam sparse glanduloso setosis, interioribus glabris, margine late scariosis, flosculis luteis, ligulis exterioribus dorso fascia longitudinali, livida percursis, acheniis oblongo cuneatis, compressis, faciebus 5 costatis, inter costas glabris, costis marginalibus alula angusta, retrorsumdenticulata diremptis, pappo achenium bis longo.

Hab. in cultis et ad sepes prope Cetinje. Flor. Julio.

Glaucescenti pallescens, caulis fistulosus, 1—2 pedalis, ad ramificationem usque glaber, supra glanduloso setosus, setis aqueis, glandula atra, depressa ter-

minatis, rami apice subincrassati, floccosi aut senio glabrescentes, capitula magnitudinis *S. tenerrimi*, achenia fusca 0,002 m. l. — *S. glaucescens* Jord. pro quo ad amicos missus, differt statura multo vegetiore, capitulis fere duplo majoribus, acheniis latius alatis; a proximo *S. aspero* abluđit statura graciliore, foliis pallidis, capitulis minoribus et acheniis oblongis, angustius alatis.

S. arvensis L. In cultis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Mulgedium Alpinum DC. In pratis sylvestribus m. Durmitor versus jugum Stulae.

M. Pančićii Vis. In umbrosis irriguis vallis Tarae.

M. Plumieri DC. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulae, ac in declivibus m. Kukuraj Brdo sub m. Kom.

Reichardia macrophylla Vis. et P. In rupestribus et glareosis vallis Tušinae supra Buan et in saxosis m. Vučji Zub — Bijela Gora.

Zacintha verrucosa Gaertn. In asperis ad Vir.

Trichocrepis bifida Vis. In cultis ad Limljani distr. Crmnicae.

Crepis foetida L. In cultis ad Cetinje, asperis ad Vir.

Cr. setosa Hall. In campis ad Cetinje.

Cr. Columnae Fröhl. In rupestribus m. Durmitor, Javorje ac Vučji Zub.

Cr. Nicaeensis Balb. In aggeribus prope Cetinje et asperis ad Nikšićka Župa.

Cr. virens Vill. In cultis ad Cetinje, Grahovo.

Cr. viscidula Froehl. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulae.

Cr. grandiflora Tausch. In pratis m. Durmitor.

Cr. montana Tausch. In herbidis saxosis m. Javorje.

Hieracium Pilosella L. In pascuis sub m. Durmitor.

H. praecaltum Vill. var. *Bauhini* Bess. In saxosis m. Veliki Štirovnik; caules filiformes, simplices aut furcati, capitula generis minima.

H. Sabinum Seb. Maur. In pascuis sub m. Durmitor, forma ligulis rubellis (*H. multiflorum* Schleich).

H. Naegelianum nov. spec. Phyllopodum, glaucum, rhizomate horizontali, aut oblique descendente, caule gracili, glabro, monocephalo, foliis ad basim caulis congestis, sessilibus, infimis spathulatis, repandis, reliquis lineari lanceolatis, integris, caulinis paucis, mox in squammas sursum decrecentes reductis, anthodii squammis viridi nigricantibus, lanceolato linearibus, longe pilosis, intermixtis pilis brevioribus, glanduliferis, ligulis dorso basi pilosulis, apice calvis, stylo luteo, acheniis basi attenuatis, pappo albido.

Hab. in rupibus schistaceis ad Mrčenov Do sub m. Kom. Flor. Augusto.

Caulis palmaris, semipedalis, basi rubidus, sub apice parce pilosus, capitula magnitudinis *H. glauci* aut paulo minora, pili squammarum albidi, basi nigricantes, achenia 0,003 m. l. Scostata. Ob rhizoma pseudorepens ac pappum albidum *Chlorocrepidi stativeifoliae* Gris. affine ducebam (*H. auriculaefolium* m. in litt.), sed differt flosculis et siccis flavis ac acheniis basi in umbonem callosum, longiusculum non contractis. Affinius *Glaucis* ac ad mentem Cl. Naegeli, cujus nomini

plantam nitidam adscribere ausi, „hujus sectionis, quantum e speciminibus siccis judicare licet, species probabiliter nova, cultura plenius comprobanda“.

H. villosum Jacq. In rupestribus m. Javorje et ad Mrčenov Do sub m. Kom.; in rupestribus sub clivo Savin Kuk m. Durmitor planta singularis, foliis superioribus brevibus, late amplexicaulibus, monente Cl. Uechtritz nisi forma polymorphi *H. villosi*.

H. Aschersonianum Uechtr. In rupestribus clivi Mali Lonac m. Sutorman; a Cl. auctore recognitum, bene congruens cum planta sub hoc nomine a Moellendorf e Bosnia distributa.

H. stuppeum Rehb. In saxosis ad Cetinje, Čevo, in toto distr. „Čeklići“ ac „Cuci“ et supra Grahovo.

H. bupleuroides Gmel. In rupestribus m. Javorje, ad Šavnici sub m. Ivica; in saxosis sub m. Durmitor forma foliis magis pilosis.

H. glabratum Hop. In rupestribus m. Kom.

H. subcaesium Fr. In rupestribus ad Mrčenov Do sub m. Kom.

H. murorum L. In rupestribus m. Velika Jastrebica, m. Durmitor et m. Kom.

H. leptcephalum Vukot. ad Schultz Bip. Cicoraceoth. In muscosis sylvestribus m. Durmitor.

H. crinitum Sm. Formae variae, saepe nanae, monocephalae, in saxosis sylvestribus m. Sutorman et m. Velika Jastrebica; in sylvestribus ad Kolašin forma vegetior glabrescens, racemulis in apice caulis folio bracteante brevioribus, transitum, sec. Cl. Uechtritz in litt., praebet ad *H. racemosum* W. K.

H. pilosissimum Friv. In saxosis ad Šavnici sub

m. Ivica; exemplar minus instructivum, a planta a Cl. Janka (Iter Turcicum) distributa nonnihil diversum.

H. Schlosseri Rehb. In rupestribus m. Veliki Štirovnik (Sella) ad antrum „Ledenica“ dictum. Achenia pallide testacea, ut in aliis speciebus orientalibus: *H. Taygeteo*, *H. Gaudryi*, *H. Frivaldii*, *H. marmorco*; quod cum nec Cl. Fries, nec Reichenbach, nec ipse detector in Flora Croatica memorent, species mihi dubia sub nomine *H. subscaposi* n. ad amicos communicata.

H. thapsoides nov. spec. Andryaloideum, breviter plumoso tomentosum, candicans, caule in ramos monocephalos aut racemose paniculatos diviso, a medio subcalvo, foliis supra basim caulis congestis, pannosis, inferioribus obovatis aut oblongis, in petiolum alatum, longiusculum contractis, caulinis mox abruptim decrescentibus, ellipticis, sessilibus, rameis minutis squamaeformibus, anthodii mediocris, haemisphaerici squamis apice barbellatis, dorso stellato puberulis, immixtis paulo longioribus pilis glanduliferis, stylis luteis, acheniis pallide fuscis.

Hab. in rupibus travertineis ad cataractam rivuli sub coenobio S. Stephani Moračae sup. Flor. Augusto.

Caulis spithameus, pedalis, a medio, interdum jam a basi divisus in ramos aequales, in racemum compositos, rami inferiores saepe longiores, iterum racemiferi, rarius caulis abortu ramorum lateralium monocephalus, folia viridi candicantia, inferiora semipedalia, petiolata, basi profundius repando dentata, caulina mox immixta, capitula magnitudinis *H. Waldsteinii*, Tausch, cum quo, una cum *H. Schlosseri* Rehb. ac *H. gymnocephalo* Gris., constituit seriem cephalis calvis,

ab alia (*H. Taygeteo*, *H. Heldreichii*, *H. marmoreo*), eisdem lanatis praedita jam eminens dignoscendam. Congruit multis characteribus cum *H. plumuloso* Kern. quod a Cl. auctore benigne communicatum diversum visum: foliis rosularibus sessilibus, verruculis ad basim pilorum nigris ac acheniis obscurioribus.

H. gymnocephalum Gris. in Skof. Oest. bot. Zeitschr. 1873 p. 266. In rupestribus vallis Tušinae supra Buan et in m. Velika Jastrebica. Foliis caulinis basi cordatis affine *H. mamoreo* Panč., sed differt caule altiore, 1—2-pedali, indumento longiore, foliis angustioribus, longioribus, cephalis calvis ac acheniis obscurioribus.

H. cydoniaefolium Vill. In sylvaticis m. Durmitor sub Crvena Stijena; differt a typo, observante Cl. Uechtritz in litt., foliis tenuius dentatis, quo character propius accedit ad *H. strictum* Fr. de Peterstein Moraviae.

H. Engleri Uechtr. In saxosis schistaceis ad Mrčenov Do sub m. Kom; ob squammas longe acuminatas pro — mihi tum ignoto --- *H. pallescente* W. K. lectum, a Cl. auctore recognitum, quamvis nonnihil aberrans caulibus monocephalis et involucri flocco stellato, copiosiore. Cum eo lecta alia forma deflorata, prolixior, caulibus monocephalis aut apice furcatis, dicephalis, ad mentem Cl. Uechtritz *H. Engleri* potius, quam ulli e sectione *H. Dovrensis* adnumeranda.

H. Juranum Fr. In sylvestribus sub m. Durmitor. In sylvaticis saxosis ejusdem montis lecta alia forma *H. Jurano* ac *H. prenanthoidi* affinis, sed recedens caule stricto, superne brachiatim ramoso, foliis papyraceis ac capitulis minoribus; huic simillimam e m.

Rtanj Serbiae orient. dives Schultz Bip. olim pro *H. papyraceo* Gren. determinaverat.

H. prenanthoides Vill. In saxosis sylvestribus m. Durmitor.

H. myriocephalum nov. spec. Aphyllopodum, parce pilosum, caule stricto, elato, apice corymboso, dense folioso, foliis basi amplexicaulibus, apice acutis, margine repando denticulatis, dorso glaucis, venoso reticulatis, ramis pedunculique glanduloso pilosis, capitulis numerosis, parvis, ovato cylindricis, squammis stellipilibus ac glandipilibus, exterioribus laxiusculis, ligulis apice dense ciliatis, acheniis, nec sat maturis, testaceis.

Hab. in sylvestribus ad lacum Crno Jezero sub m. Durmitor. Flor. Augusto.

Prenanthoideum, 3—4-pedale, interdum jam a medio ramosum, 50- et plus 100cephalum, ramis fastigiatis, in corymbum sat compactum congestis, foliis imis tempore florescentiae emmarcidis, more *H. Prenanthoidis* ad medium contractis, basi latiuscula cauli adnatis, superioribus ovato oblongis, basi cordata amplexicaulibus, supremis acuminatis, capitulis *H. prenanthoide* minoribus, squammis atratis, pube stellata brevior, ac pilis cinerascens, apice glandula nigra terminatis, dense obsitis. Affine *H. stricto*, ejus folia subtus vix reticulata, capitula multo majora ac minus numerosa.

H. umbellatum L. In dumetis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Ambrosiaceae Link.

Xanthium spinosum L. In campis ad Cetinje, Grahovo.

X. *Strumarium* L. In fossis ad Vir district. Crmnicæ.

Campanulaceae L.

Jasione supina Sieb. In herbis m. Kom.

Phyteuma orbiculare L. In declivibus saxosis m. Durmitor, m. Javorje et in glareosis sub Visoke Grede m. Kom; in ultima statione forma typica, angustifolia, promiscue cum alia brevifolia — *Ph. orbiculari* var. *cordato* Gris. — crescens.

Ph. spicatum L. var. *caeruleum* Gr. et Godr. In sylvestribus sub m. Durmitor versus jugum Stulac; ob flores pallide caeruleos in spicam 1—2,5 uncialem congestos, bracteis brevibus stipatos primitus *Ph. betonicaefolium* visum, sed ob stigmata bina ac folia pleraque cordifolia — ea *Doronici Columnae* aemulancia — huic speciei non adscribendum, fors novum!

Ph. limonifolium Sibth. In saxosis ad Njegoš sub m. Lovćen, m. Sutorman clivo Mali Lonac, ad Ostrog et supra Grahovo.

Campanula rotundifolia L. In rupestribus m. Durmitor.

C. Bonnoniense L. Ad sepes vallis Zetae sub Danilov Grad.

C. rapunculoides L. In rupestribus ad Ostrog et prope coenobium S. Stephani Moračae sup.

C. Trachelium L. In saxosis ad Šavnici sub m. Ivica. In glareosis vallis Tušinae forma alia insignis inflorescentia depauperata, floribus lacteis, foliis inf. grosse crenato dentatis, ob exemplaria nimis juvenilia jam nunc non extricanda.

C. ramosissima Sibth. In asperis ad Boljevići distr. Crmnicæ et supra coenobium Ostrog.

C. pyramidalis L. In rupestribus ac ruderatis ad Cetinje, Čevo, Ostrog, supra Grahovo.

C. trichocalycina Ten. sec. Cl. Boissier in litt. In sylvestribus Kukuraj Brdo sub m. Kom.

C. patula L. In pascuis Rogam sub m. Kom.

C. glomerata L. var. *macrodon*. In pascuis Rogam sub m. Kom; excellit dentibus calycinis linearibus tubo bis longioribus, corollæ medium longe superantibus ac foliis involucribus majoribus.

C. capitata Sims. In saxosis ad Cetinje et supra coenobium Ostrog; floruit in horto.

Edraianthus graminifolius A.DC. In rupestribus m. Lovćen, Durmitor, Javorje et Kom.

E. serpyllifolius A.DC. In rupestribus summi m. Kom.

Specularia Speculum DC. In cultis ad Cetinje, Vir et supra Boljevići distr. Crmnicæ.

Vaccineae DC.

Vaccinium Myrtillus L. In pascuis m. Durmitor et m. Kom.

V. uliginosum L. In declivibus herbidis m. Durmitor.

Pyrolaceae Lindl.

Pyrola secunda L. In saxosis sylvestribus m. Durmitor versus jugum Stulac.

P. uniflora L. In sylvaticis m. Durmitor.

Monotropeae Nutt.

Monotropa Hypopitys L. In sylvestribus m. Durmitor versus jugum Stulae.

Corolliflorae DC.**Oleaceae** Lindl.

Phillyrea media L. In saxosis ad Vir distr. Crmnicæ; prope Šavica distr. „Komani“ pulchrae arbores abunde fructificantes.

Ligustrum vulgare L. Ad sepes vallis Zetae sub Danilov Grad.

Fraxinus excelsior L. In sylvestribus vallis Moračæ inf., in hortulanis districtus „Čeklići“ et „Cuci“.

Fr. Ornus L. In saxosis ad Cetinje, sub m. Lovćen, supra Grahovo.

Syringa vulgaris L. In saxosis ad Ostrog.

Olea Europaea L. Abunde collitur in valle Crmnicæ.

Asclepiadeae RBr.

Vincetoxicum nivale Boiss. In saxosis m. Veliki Štirovnik. Legi pro *V. Huteri* Vis., sed corollae intus plane glabrae; folliculi penduli, longitudinaliter lineati, sersim in rostrum apice obtusum ac leviter uncatum contracti, semina laevia, compressa, circumeirca marginata.

Periploca Graeca L. In dumetis ad Sinjac et alibi ad Lacum Scodranum cum *Ficu* et *Vitice*; indigenis „brkva“ dicta.

Gentianeae Juss.

Limnanthemum nymphoides Link. In Lacu Scodrano, abunde ad ostium rivi Crmnicae.

Chlora perfoliata L. In asperis ad Limljani distr. Crmnicae, glareosis ad Grahoro.

Swertia perennis L. In spongiosis ad lacum Riblje Jezero sub m. Durmitor.

Gentiana lutea L. In pascuis asperis sub m. Durmitor, m. Javorje et pascuis Rogam sub m. Kom.

G. Cruciata L. In pratis sylvestribus m. Ivica, m. Durmitor et in valle Moračae sup.

G. asclepiadea L. In pratis sylvestribus m. Durmitor.

G. Pneumonanthe L. In salicetis ad Lacum Scodranum.

G. verna L. var. *alata* Gris. In elatioribus m. Durmitor jugo Šljeme.

G. utriculosa L. In pascuis m. Durmitor; in apricis ad Nikšićka Župa forma alis calycinis latissimis.

G. campestris L. In saxosis m. Durmitor excelso jugo Šljeme.

G. Germanica W. In pratis pinguibus ad Kolašin.

G. crispata Vis. In declivibus herbidis ad Gvozd, sub m. Durmitor, in pratis m. Javorje; in excelsoribus m. Kom forma exilis, uncialis, uniflora.

G. obtusifolia W. In pratis m. Ivica supra Šavnici.

Erythraea Centaurium Pers. In pratis sylvaticis vallis Moračae sup. et in valle Tarae supra Kolašin.

E. pulchella Fr. In campis arenosis vallis Zetae sub Danilov Grad et ad Boljevići distr. Crmnicae.

E. spicata Pers. In fossis ad Vir distr. Crmnicae.

Convolvulaceae Juss.

Convolvulus sepium L. In dumetis sub Danilov Grad et ad Lacum Scodranum.

C. arvensis L. In cultis ad Cetinje, Grahovo.

C. tenuissimus Sibth. In saxosis ad Bajice campi Cetinjensis, ad Čevo et Vir.

C. Cantabarica L. In asperis apricis ad Cetinje, Grahovo.

Cuscuta Epithymum L. In asperis m. Lovćen, supra Salviā officinalem.

C. planiflora Koch. In apricis Dobre Strane distr. „Čeklići“ supra Cytisum Weldeni.

C. major DC. In salicetis vallis Crmnicae, supra Viticem Agnum castum.

Boragineae L.

Heliotropium Europaeum L. In cultis ad Njegos, Cetinje, Grahovo.

H. supinum L. In arenosis rivi Crnojevića Rijekā -- infra pontem vici.

Asperugo procumbens L. In ruderalis ad Cetinje et sub Danilov Grad.

Echinospermum Lappula Lehm. In collinis asperis ad Cetinje et supra Grahovo.

Cynoglossum pictum Ait. In asperis ad Limljani distr. Crmnicae.

Anchusa officinalis L. In cultis ad Cetinje.

A. undulata L. In cultis ad Njegoš.

A. Italica L. In arvis vallis Zetae sub Danilov Grad.

Lycopsis arvensis L. In asperis ad Cetinje.

Nonnea pulla DC. In agris sub m. Štirovnik.

Symphytum officinale L. In salicetis et ad fossas prope Sinjac, Vir et ad ostium rivi Crnojevića Rijeka.

S. tuberosum L. In sylvestribus vallis Moračae sup. sub coenobio S. Stephani.

Onosma Visianii Clem. In saxosis ad Čevo et in Nikšićka Župa; ob tubercula in pagina folii inferiore, praesertim ad costam, stellulata et pallorem floris *O. hebebulbo* Boiss. accedens, sed corollae calyce parum longiores.

O. stellulatum W.K. In rupestribus ad Šavnici; alia forma mihi dubia in rupestribus Crvena Stijena sub m. Durmitor recedit acheniis minoribus, antheris parte filamentorum libera longioribus, indumento magis adpresso et statura paulo ultra palmari. Ob folia latiora, margine plana nec *O. montano* nec *O. Taurico* (cujus habet corollas extus glabras) adscribendum.

Cerintho auriculata Ten. In asperis ad Nikšićka Župa: corollae lobis elongatis acuminatis, conniventibus, calyce post anthesim accrescente, ut in *C. tenuiflora* Bert.

C. glabra Mill. In saxosis sylvestribus m. Durmitor versus Crvena Stijena.

Echium vulgare L. In dumetis supra Limljani distr. Crmnicae et ad coenobium S. Stephani vallis Moračae sup.

E. Italicum L. In collinis asperis ad Njegoš, Grahovo.

Pulmonaria officinalis L. In sylvaticis vallis Moračae sup. et in valle Verušae.

Lithospermum officinale L. In sylvestribus m. Sutorman sub clivo Mali Lonac.

L. urvense L. In asperis ac cultis ad Njegoš, Cetinje.

L. purpureo-caeruleum L. In sylvestribus supra Limljani distr. Crn micae.

L. petraeum A.DC. In rupestribus m. Lovćen, supra coenobium Ostrog et prope Vir.

M. palustris L. In spongiosis Lacus Scodrani ad Sinjac et prope Vir.

Myosotis sylvatica Hoffm. In saxosis m. Jastrebica — Bijela Gora.

M. alpestris Lehm. In saxosis m. Durmitor jugo Šljeme et in m. Kom.

M. intermedia Lk. Ad sepes et in cultis circa Cetinje.

M. hispida Schlecht. In saxosis m. Lovćen.

Solaneae Juss.

Solanum nigrum L. Ad sepes prope Rijeka, in ruderatis ad Cetinje.

S. Dulcamara L. In dumetis ad Sinjac et Vir.

Physalis Alkekengi L. Inter vineas ad Klopot distr. „Bratonožići“.

Atropa Belladonna L. In sylvaticis vallis Moračae sup. ad descensum de m. Javorje.

Hyoscyamus niger L. In cultis ad Njegoš, Cetinje.

H. albus L. In ruderalis et inter vineas ad Klopot distr. „Bratonožiči“.

Datura Stramonium L. In cultis et ad vias prope Cetinje, Grahovo.

Verbasceae Bartl.

Verbascum Schraderi Mey. In asperis sub m. Lovćen, in saxosis ad Grahovo.

V. phlomooides L. In glareosis vallis Tušinae prope Buan, in cultis ad Vir.

V. Lychnitis L. In glareosis prope Buan vallis Tušinae.

V. floccosum W.K. In cultis ad Cetinje.

V. leptocladum nov. spec. Caule basi lanato, a medio glabro, tenuissime virgato, foliis petiolatis, inferioribus ovatis, superioribus elypticis, inaequaliter duplicato erenatis, supremis sessilibus, ovatis, paniculae ramis subflexuosis, pedicellis solitariis aut binis, calyce 3—4 longioribus, laciniis calycinis (0.002 l.) linearibus corolla lutea duplo superatis, filamentis purpureo lanatis, antheris superioribus reniformibus, inferioribus filamentorum apicibus lateraliter adnatis, capsulis oblongis calyce longioribus.

Hab. abunde in dumetis in descensu de m. Javorje versus vallem Moračae sup. Flor. Augusto.

Bi tripedale; pro *V. Chairii* Vill., ejus habet corollas, lectum sed observante Cl. Grisebach in litt., ob antheras inferiores filamentis lateraliter adnatas, Blattariis adnumerandum. Differt a *V. Blattaria* et *V. repando* ramis paniculae multo tenuioribus, capsulis oblongis, tenuissime granulatis, apice impresso emarginatis.

V. phoeniceum L. In dumetis sub m. Lovćen.

V. nigrum L. In pratis sylvestribus sub m. Durmitor; in pascuis sub m. Velika Jastrebica lecta forma deflorata *V. nigro* affinis, sed insignis foliorum pagina inferiore ob tomentum copiosum incana, caule, petiolis ac capsulis villo copioso, tandem secedente tectis.

Scrophularia nodosa L. In sylvestribus sub m. Durmitor et m. Javorje.

Scr. Ehrharti Stev. In rivularibus Moračae sup. prope coenobium S. Stephani.

Scr. heterophylla Willd. In rupestribus m. Durmitor, m. Kom loco Visoke Grede dicto ac m. Velika Jastrebica. Plantae variae, pleraeque fructificantes, foliis magis aut minus dissectis, caulibus adsendentibus aut strictis pro formis hujus, in Oriente late dispersae, valde polymorphae speciei declaratae a Cl. Boissier in litt.

Scr. laciniata W. K. In rupestribus m. Lovćen et ad Šavnici sub m. Ivica.

Scr. canina L. In saxosis ad Njegoš, Cetinje, Čevo et alibi per aprica ditionis vulgaris.

Antirrhilinae Juss.

Gratiola officinalis L. In palustribus ad Lacum Scodranum.

Digitalis grandiflora Lam. In sylvestribus saxosis sub m. Durmitor et in sylvaticis vallis Tarae.

D. laevigata W. K. In saxosis ad Ostrog.

